This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600095303Q

ENCHIRIDION

SYMBOLORUM ET DEFINITIONUM,

QUAE

IN REBUS FIDEI ET MORUM

A CONCILIIS OECUMENICIS

ET

SUMMIS PONTIFICIBUS

EMANARUNT.

IN

AUDITORUM USUM

EDIDIT

DR. HENRICUS DENZINGER,

IN UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI THEOLOGIAE PROFESSOR.

WIRCEBURGI,

SUMPTIBUS STAHELIANIS.

1854.

ANNO JUBILAEI SAECULARIS AB ERECTO BIBLIOPOL. STAHEL.

110. d. 66.



WIRCEBURGI, TYPIS F. E. THEIN.

AUDITORIBUS EDITOR.

Inter multa, quae temporum iniqua conditio scholis catholicis intulit mala, id potissimum studiis theologicis nocet, quod a multis positiva, ut dicunt, credendi agendique documenta, publica Ecclesiae auctoritate sancita, vel ignorentur vel negligantur, nimiumque proprio ingenio indulgeatur. Quo fit, ut sanctissimae fidissimaeque doctrinae ecclesiasticae loco, ridicula et absurda hominum, qui semper discunt, nunquam vero ad scientiam veritatis perveniunt, commenta venditentur. Nos autem, dilectissimi auditores, id pro certo habeamus, Ecclesiae praescripta firmissimum illud esse fundamentum, cui omnis de divinis rebus speculatio nostra superstruenda, regiam illam viam, in qua nobis jugiter proficiendum, a qua tamen nunquam, neque ad dextram neque ad sinistram recedendum est; nisi velimus a christiana fide ad paganam opinandi licentiam deficere, et damna-

tum illud a Sancta Sede principium statuere: „rationem principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem“ [1]). Hinc est, quod vobis symbola definitionesque conciliorum atque pontificum brevi compendio collectas offeramus, ut fines a patribus statutos facilius noscatis, certa mente confidentes, vos eo magis in intellectu veritatis, quantum scilicet hujus vitae conditio sinit, profecturos, quo majori fidei pietate a magistra Ecclesia discere studueritis.

Non negamus, in seligendis documentis quandoque ambiguos nos haesisse, ne prolixi nimis essemus, neve quaedam negligeremus, quae vel ad integrum, quantum fieri poterat, doctrinae ecclesiasticae conspectum exhibendum, vel ut temporum necessitatibus consuleretur, conferre videbantur. Quo factum est, ut quaedam etiam admitterentur, quae definitivae auctoritatis non sunt (v. g. Concilium Carisiacense et Valentinum); nulla tamen, quae cordatus quisque et Ecclesiae addictus religiose non suscipiat, vel quae mundi catholici judicio momentum non habeant.

Sunt quidem multi, qui Sacrae Sedis dogmaticas constitutiones parvi pendant, eo obtentu, quod Summi

---

[1]) Gregorii XVI breve d. 26. Sept. 1835 adversus Hermesium.

Pontificis infallibilitas definita nondum fuerit. Qua de re longius agere, modo nostri instituti non est: id tantum animadvertimus, supremum tamen Romani Pontificis in universa Ecclesia magisterium a conciliis duobus oecumenicis, Lugdunensi II et Florentino, fuisse definitum, et ipsos Gallicanos ejusmodi praerogativam plane agnoscere [1]), atque obedientiam etiam internam constitutionibus Pontificis dogmaticis, saltem provisorie, deberi, incunctanter admittere. Animadvertimus praeterea, nullam esse Romanorum Pontificum definitionem, quae ab Ecclesia universali vel expresse vel tacite suscepta non fuerit, adeoque liberum omnino non esse, quovis quaesito colore ea vel oppugnare vel etiam negligere [2]).

Neque inde minor constitutionis cujuscunque est auctoritas, quod propositiones quaedam *in globo*, ut dicunt, ea prohibeantur. Nam nihilosecius omnes damnantur et singulae, neque censuras evaderet, qui vel unam ex iis quocunque modo sustineret [3]).

Id etiam probe teneatis, propositionem, quae pro vera, vi definitionis habenda est, illam praecise

---

[1]) Cf. hac de re Petrum Ballerinium, de vi ac ratione primatus c. 14.

[2]) Cf. propositionem 12 Pistoriensem.

[3]) Cf. Martini V interrogationem 11 de erroribus Wicleff et Huss.

esse, quae damnatae contradictoria est, v. g. rejicitur propositio 5. Jansenii: „Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse“ quae propositio intellecta eo sensu, ut Christus pro salute duntaxat praedestinatorum mortuus sit, dicitur impia. Qua ex damnatione non sequitur, nisi non esse Semipelagianum dicere, Christum pro omnibus mortum esse et Christum non pro solis praedestinatis, proinde saltem pro quibusdam aliis mortuum esse: non quod verum non sit, Christum pro omnibus omnino crucifixum, sed vi damnationis aliud definitioni non subjacet, nisi quod damnatae praecise contradicit.

Multae etiam sunt propositiones, quae, si ad verba sola respicias, sensum sanum admittant, in sensu tamen auctoris, in quo damnantur perversae sunt atque rejiciendae. Qui sensus igitur vel ex dogmatum historia vel ex systematis damnati nexu desumendus erit.

Expositiones canonum v. g. capitula Tridentini, parentheses, rationes additae ut plurimum non cadunt sub definitionem, maximae tamen sunt auctoritatis.

Denique hae sunt notae theologicae, quibus configi solent auctorum propositiones:

1) *Haeretica*, quae *dogmati fidei* opponitur, est illa quae veritati ab Ecclesia expresse definitae, vel quae tam aperte et notorie ab ecclesia docetur, ut nulla id tergiversatione negari possit, *directe* et *immediate* adversatur. Sunt etiam de fide propositiones (adeoque eorum negatio haeretica) quae conclusiones sunt ex duabus de fide, vel in ejusmodi propositionibus ut pars, correlatum etc. continentur.

2) *Erronea* est propositio, quae veritati opponitur, quae, licet non sit in se formaliter et inmediate revelata, tamen ex uno fidei placito et altero naturaliter certo evidenter eruitur, adeoque mediate revelata est.

3) et 4) His proximo gradu accedit propositio *haeresi vel errori proxima.*

5) *Temeraria* est quae vel contra communem theologorum doctrinam, vel sine ulla ratione profertur. Hanc denique sequitur

6) *falsa.*

Aliae notae, quae qualitatem magis quam gradum certitudinis attingunt sunt istae: *impia, blasphema, schismatica, scandalosa, piarum aurium offensiva* etc.

Si quid praeterea uberioris expositionis in singulas propositiones desideratis, habetis Dominici Viva librum: Damnatae theses ad theologicam trutinam

revocatae, Stephani Dechamps opus de haeresi Janseniana (contra 5 Jansenii propositiones) et Jacobi Lafontaine: Constitutio Unigenitus theologice propugnata.

Haec igitur meditare, o homo Dei, in his esto; formam habe sanorum verborum. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui; devita profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae. Depositum custodi, fidem serva, ut detur tibi corona justitiae.

I. Symbolum Apostolorum.

A. Symboli apostolorum forma vetus occidentalis.

Symboli apostolici forma in ecclesia Romana integra est servata, testibus Ambrosio et Rufino, quorum prior l. 1. ep. 7. ad Siricium: „Symbolum Apostolorum quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit et servat“ hic vero in expositione Symboli: „In diversis ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta, in ecclesia tamen urbis Romae hoc non deprehenditur factum“. Hinc formam Romanam ex Leone, Pseudoambrosii explanatione symboli ad initiandos (T. IV. in App.), Rufini animadversationibus integram damus, aliarum formarum varietates in notis, nempe Aquilejensem ex Rufini expositione symboli, Ravennatensem ex Petri Chrysologi, Taurinensem ex Maximi, Africanam ex Augustini Homiliis ad Catechumenos, Hispanicam ex Etherii et Beati l. I. ad Elipandum c. 22.

Credo in Deum Patrem omnipotentem [1]); et in Jesum Christum filium ejus unicum [2]), Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu Sancto et [3]) Maria virgine, sub Pontio Pilato crucifixus et sepultus [4]), tertia die resurrexit [5]) a mortuis, ascendit in coelos [6]), sedet ad dexteram Patris [7]), inde venturus judicare vivos et mortuos. Et [8]) in Spiritum Sanctum [9]), sanctam Ecclesiam [10]), remissionem [11]) peccatorum [12]), carnis resurrectionem [13]).

[1]) Aquil. add. invisibilem et impassibilem contra Patripassianos. [2]) Hisp. add. Deum et. [3]) Aquilej. Rav. Taur. ex. [4]) Aquil. descendit in inferno, Hisp. descendit ad inferna. [5]) Hisp. add. vivus. [6]) Afr. Taurinen. coelum. [7]) Hisp. Dei

Patris omnipotentis. [8]) Rav. Hisp. Credo. [9]) Aquil. et in Spiritu Sancto. [10]) Hisp. add. catholicam. [11]) Hisp. add. omnium. [12]) Aquilej. add. hujus. [13]) Rav. Hisp. add. vitam aeternam.

B. Forma Gallicana.

Ex Missali Gallicano seculi VIII. Bobbiensi ap. Mabillon Mus. Ital. T. I. p. 312, et Missali Gallicano Thomasii ap. Mabillon Lit. Gall. l. III. p. 339. 340.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae. Credo [1]) in Jesum Christum, filium ejus unigenitum, sempiternum, conceptum [2]) de Spiritu Sancto, natum de [3]) Maria virgine, passum [4]) sub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum et sepultum; descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad coelos, sedit ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos et mortuos. Credo in Sanctum Spiritum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

[1]) Thom. add. et. [2]) Thom. qui c. est. — natus est. [3]) Bobb. ex. [4]) Thom. passus est — crucifixus &c.

C. Alia forma.

Ad calcem Sacramentarii Bobbiensis p. 396.

Credo in Deum Patrem omnipotentem. Credo in Jesum Christum Filium ejus unicum, *Deum* et Dominum nostrum, natum de Maria Virgine per Spiritum Sanctum, passum sub Pontio Pilato, crucifixum et sepultum, descendit ad inferna. Tertia die resurrexit, ascendit in coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, credo in ecclesiam sanctam, per baptismum sanctum remissionem peccatorum, carnis resurrectionem in vitam aeternam. Amen.

D. *Forma consueta.*

Habetur in Sermonibus de Symbolo 240—244 in Appendice operum S. Augustini, nisi quod legant „ad inferna“ et sermo 241 „Credo et in Jesum Christum &c.“

E. *Forma Alexandrina.*

Hanc desumsimus ex fidei professione ab Ario ad Constantinum missa, apud Socratem I, 22 et Sozomenum II, 27, quae forma in multis simplicior quam Hierosolymitana et magis cum Romana concordans, parum videtur ad haeretico immutata, nisi forsan illa excipias γεγενημένον θεὸν λόγον.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγεννημένον θεὸν λόγον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα [1]) *καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων.*

[1]) ap. Soz. τὸν ἐλθόντα καὶ σάρκα ἀναλαβόντα.

F. *Forma Orientalis Hierosolymitana.*

Ex Catechesibus Sancti Cyrilli Hierosolymitani.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεοῦ, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα θεὸν ἀληθινὸν πρὸ πάντων αἰώνων, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἐν σαρκὶ παραγενόμενον καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα καὶ ταφέντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καὶ ἐρχόμενον

ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· καὶ εἰς ἓν ἅγιον πνεῦμα τὸν παράκλητον τὸ λαλῆσαν ἐν τοῖς προφήταις· καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ εἰς μίαν ἁγίαν, καθολικὴν ἐκκλησίαν καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

II. Stephani I decretum contra Rebaptizantes.

Si quis a quacunque haeresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in poenitentiam; cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum. — Quaerendum non esse, quis sit ille, qui baptizaverit, eo quod, qui baptizatus fuerit, gratiam consequi potuerit invocata Trinitate nominum Patris et Filii et Spiritus Sancti. Multum proficit nomen Christi, ut quicunque et ubicunque in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi. — Quod accepimus ab apostolis hoc sequimur. — In eadem epistola de episcopatus sui loco gloriabatur et se successionem Petri tenere contendebat, super quem fundamenta Ecclesiae collocata sunt, episcopum se esse episcoporum constituebat. Ita Cyprianus et Firmilianus.

III. Concilii Arelatensis I 314 can. 8 de baptismo haereticorum.

De Afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit, ut si aliquis de haeresi venerit, interrogent eum symbolum et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu S. esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum S. Quodsi interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.

IV. Synodi I Nicaenae a. 325 decreta.

A. Symbolum.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱόν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. Παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς. Καὶ ἐρχομενον πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν, ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

B. Canones de baptismo haereticorum.

Can. 8. De his, qui se Catharos, id est puros quandoque nominant, ad catholicam autem et apostolicam Ecclesiam accedunt, sanctae magnae synodo visum est, ut impositis eis manibus sic in clero maneant. Ante omnia autem hoc in scriptis ipsos profiteri convenit, quod adhaerebunt et se-

η'. Περὶ ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσή-

quentur catholicae Ecclesiae decreta, id est, et cum digamis communicabunt et cum iis, qui in persecutione lapsi sunt etc.

Can. 19. De Paulianistis, qui deinde ad ecclesiam confugerunt statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui vero tempore praeterito in clericorum numero erant, si quidem a culpa et reprehensione alieni visi fuerint, rebaptizati ordinentur a catholicae ecclesiae episcopo . . .

κει ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι· τοῦτ' ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν καὶ τοῦς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν.

ιδ'. Περὶ τῶν παυλιανισάντων εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου . . .

V. Liberii et Siricii decreta de baptismo haereticorum.

Apud Siricium epistola 1. ad Himerium Tarraconensem c. 1.

Prima itaque paginae tuae fronte signasti, baptizatos ab Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle: quod non licet, cum hoc fieri et Apostolus vetet et canones contradicant et post cassatum Ariminense concilium, missa ad provincias a venerandae memoriae praedecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Novatianis aliisque haereticis, sicut est in Synodo constitutum per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis manus impositione catholicorum

conventui sociamus, quod etiam totus Oriens Occidensque custodit: a quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari.

Post haec demum celeberrima illa de rebaptismate controversia ad finem tendit. Concilium Carthaginense I sub Grato a. 348 s. 349, can. 1 rebaptismum prohibuit, Laodicenum a. 364, can. 7 et 8. Cataphrygas rebaptizandos, Novatianos vero et Quartodecimanos chrismate tantum ungendos statuit, Arelatense II a. 452 can. 16, 17. Paulianistas et Photinianos baptizari, Arianos et Bonosiacos cum chrismate et manus impositione recipi jubet. Extat etiam hac de re synodi Constantinopolitanae I canon, qui tamen Trullanae videtur esse. Cf. Innocentii I decretum infra, in quo ratio differentiae inter haereses statutae exponitur.

VI. Anathematismi Damasi pp. in synodo Romana quarta 378 vel 379 emissi adversus Macedonianos, Apollinaristas aliosque haereticos et ad componendum schisma Antiochenum, suscepti ab universo Oriente et, ut videtur, a synodo Constantinopolitana I, laudantur pro lege a Pontificibus Coelestino et Vigilio.

Post concilium Nicaenum, quod in urbe Roma concilium congregatum est a catholicis episcopis addiderunt de Spiritu Sancto. Et quia postea is error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum Sanctum factum esse per Filium:

1. Anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, cum Patre et Filio unius potestatis esse atque substantiae.

2. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellii sequuntur errorem, eumdem dicentes Patrem esse quem Filium.

3. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili Filium et Spiritum Sanctum asserunt esse creaturas.

4. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutavere, sed nomen.

5. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis haeresim *instaurans*, Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur.

6. Anathematizamus eos, qui duos Filios asserunt, unum ante saecula, et alterum post assumptionem carnis ex Virgine.

7. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali et intelligibili, dicunt Dei Verbum in humana carne versatum, cum ipse Filius sit Verbum Dei, et non pro anima rationali et intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est intelligibilem, sine peccato animam susceperit atque salvaverit.

8. Anathematizamus eos, qui Verbum Filium Dei extensione aut collectione et a Patre separatum, insubstantivum et finem habiturum esse contendunt.

9. Eos quoque, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione nostra habemus alienos, quamdiu ad eas civitates redierint, in quibus primum sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in locum viventis est ordinatus, tamdiu vacet sacerdotis dignitate, qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor ejus quiescat in pace.

10. Si quis non dixerit, semper Filium et semper Spiritum Sanctum esse. A. S.

11. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de divina substantia ipsius, A. S.

12. Si quis non dixerit Verbum Domini Filium Dei Deum, sicut Deum Patrem ejus et omnia posse, et omnia *nosse* et Patri aequalem, A. S.

13. Si quis dixerit, quod in carne constitutus Filius Dei, cum esset in terra, in coelis cum Patre non erat, A. S.

14. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sustinebat Filius Dei Deus, et non caro cum anima, qua induerat formam servi, quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura, A. S.

15. Si quis non dixerit, quod in carne, quam assumpsit, sedet ad dextram Patris, in qua venturus est, judicare vivos et mortuos, A. S.

16. Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filius de divina substantia et Deum verum, A. S.

17. Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum Sanctum, omnia nosse et ubique esse, sicut Filium et Patrem, A. S.

18. Si quis dixerit Spiritum Sanctum facturam, aut per Filium factum, A. S.

19. Si quis non dixerit, omnia per Filium et Spiritum Sanctum Patrem fecisse, id est visibilia, invisibilia, A. S.

20. Si quis non dixerit, Patris et Filii et Spiritus Sancti unam divinitatem, potestatem, majestatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum, atque unam voluntatem et veritatem, A. S.

21. Si quis tres personas non dixerit veras Patris et Filii et Spiritus Sancti aequales, semper viventes, omnia continentes, visibilia et invisibilia, omnia potentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia quae sunt salvanda, salvantes, A. S.

22. Si quis non dixerit adorandum Spiritum Sanctum ab omni creatura sicut Filium et Patrem, A. S.

23. Si quis de Patre et Filio bene senserit, de Spiritu autem Sancto non recte habuerit, haereticus est; *quod* omnes haeretici de Filio Dei et Spiritu Sancto male sentientes, in perfidia Judaeorum et gentilium inveniuntur.

24. Quod si quis patiatur, Deum Patrem dicens et Deum Filium ejus et Deum Spiritum Sanctum *Deos* dici et non Deum propter unam divinitatem et potentiam,

quam credimus esse et scimus, Patris et Filii et Spiritus Sancti: Deum, subtrahens autem Filium aut Spiritum Sanctum, ita solum existimet esse Deum Patrem, dici aut credi unum Deum, A. S. Nomen namque deorum et angelis et sanctis omnibus a Deo est impositum et donatum: de Patre autem et Filio et Spiritu Sancto propter unam aequalem divinitatem, non nomen deorum, sed Dei nobis ostenditur atque indicatur: ut credamus, quia in Patre et Filio et Spiritu Sancto solum baptizamur et non in archangelorum nominibus aut angelorum, quomodo haeretici, aut Judaei, aut etiam gentiles dementes faciunt. Haec ergo est salus christianorum, ut credentes Trinitati, id est Patri et Filio et Spiritui Sancto in ea veram solamque unam divinitatem et potentiam ac majestatem et substantiam eamdem sine dubio credamus, ut aeternam attingere mereamur ad vitam.

VII. Concilii oecumenici II Constantinopolitani I a. 381 symbolum.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης

κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασίλειας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς [1]) ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τό λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν, καὶ ἀποστολικὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν

1) Additamentum „Filioque" in Hispania primum factum est, ut ex conciliis Galiciae 447, Toletano III, 589, Toletano IV, 633, Toletano VIII, XII, XIII, XV, patet. Hinc in Galliam deinde in Germaniam mos iste transiit, ut patet ex liturgia Gallicana Monei, saeculi V ineuntis, synodo Forojuliensi 791, Francofurtensi 794, Aquisgranensi 809, quae a Leone III petiit, ut ab Ecclesia Romana reciperetur. Id tamen Leo, non quod dogma rejiceret, sed quod aliquid traditae formae addere religioni duceret, recusavit. Postmodum vero, cum S. Henricus a Benedicto VIII, ut symbolum Romae inter missarum solemnia decanteretur, impetravit, et additamentum receptum est. Quod denique in synodis oecumenicis, Lugdunensi II et Florentina, a Latinis simul et Graecis admissum est.

VIII. Conciliorum Hipponensis et Carthaginensis III a. 397 canon de Scripturis sacris.

Can. 47 vel 36. Item placuit ut praeter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sunt autem canonicae scripturae, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesus Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job unus, Psalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Esther, Esdrae libri duo, Machabeorum libri duo. Novi autem Testamenti viginti septem: Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Pauli Epistolae tredecim, ejusdem ad

Hebraeos una, Petri apostoli duae, Joannis apostoli tres, Judae apostoli una, et Jacobi una, Apocalypsis Joannis liber unus, qui sunt viginti septem. Hoc etiam fratri et consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis, pro confirmando isto canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones matryrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur.

IX. Concilii Carthaginensis IV a. 398 canones de ordinationibus.

Can. 2. Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant Evangeliorum codicem super caput et cervicem ejus, et uno super eum fundente benedictionem reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.

Can. 3. Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri qui praesentes sunt, manus suas juxta manum episcopi super caput illius teneant.

Can. 4. Diaconus cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Can. 5. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, et calicem vacuum. De manu vero archidiaconi urceolum cum aqua et mantile, et manutergium.

Can. 6. Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiae luminaria mancipari. Accipiat et urceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

Can. 7. Exorcista cum ordinatur, accipit de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda memoriae, et habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum, sive catechumenum.

Can. 8. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans ejus fidem et vitam, atque ingenium. Post haec spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe et esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverunt.

Can. 9. Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus clavem ecclesiae de altario, dicens: sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quae his clavibus recluduntur.

Can. 10. Psalmista, id est cantor potest absque scientia episcopi, sola jussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas: et quod corde credis, operibus comprobes.

X. Innocentii I decreta quaedam.

A. Ex epistola 6 ad Exsuperium Tolosanum c. 7.

Qui vero libri recipiantur in canone brevis annexus ostendit. Haec sunt quae desiderata moneri voce voluisti: Moysi libri V, id est, Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii et Jesu Nave, Judicum I, Regnorum lib. IV, simul et Ruth, prophetarum libri XVI, Salomonis lib. V, Psalterium. Item historiarum, Job liber I, Tobi liber I, Esther I, Judith I, Macchabaeorum II, Esdrae II, Paralipomenon libri II. Item Novi Testamenti: Evangeliorum

libri IV, Pauli apostoli epistolae XIV, epistolae Joannis III, epistolae Petri II, epistola Judae, epistola Jacobi, Actus Apostolorum, Apocalypsis Joannis.

B. Ex epistola 25 ad Decentium Eugubinum c. 3.

De consignandis vero infantibus, manifestum est non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem pontificibus solis deberi ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu praesente episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet: sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis cum tradunt Spiritum Sanctum Paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar quam ad consultationem respondere.

C. Ibidem c. 8.

Sane quoniam de hoc, sicut de caeteris consulere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus Caelestinus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum illud quod in beati Apostoli Jacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit illum Dominus: et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ab episcopo confecto non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Caeterum

illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Caeterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate, sine cunctatione potest, cujus est ipsum chrisma conficere. Nam poenitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

D. Ex epistola 2 ad Victricium Rotomagensem c. 8.

Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus tantum impositionem suscipiantur: quia quamvis ab haereticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati.

E. Ex epistola 17 ad episcopos Macedoniae c. 5.

Ex canone Nicaeno baptizandos esse Paulianistas ad Ecclesiam venientes, non vero Novatianos: „Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus haeresibus, ratione manifesta declarat, quia Paulianistae in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti minime baptizant et Novatiani iisdem nominibus tremendis venerandisque baptizant, nec apud istos de unitate potestatis divinae, hoc est, Patris et Filii et Spiritus Sancti quaestio aliquando mota est.“

XI. Canones Concilii Milevitani II contra Pelagianos, ab Innocentio I (ep. 30), et Concilii plenarii Carthaginensis a. 418, a Zosimo per Tractoriam illam celeberrimam, in totum orbem missam, probati.

Placuit omnibus episcopis qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere haec quae in praesenti concilio definita sunt.

Can. 1. Ut quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita, ut, sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit.

Can. 2. Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro expietur, unde sit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

[Additur hic in quibusdam codicibus:

Can. 3. Item placuit, ut si quis dicit, ideo dixisse Dominum: In domo Patris mei mansiones multae sunt, ut intelligatur, quia in regno coelorum erit aliquis medius, aut ullus alicubi locus, ubi beate vivant parvuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regnum coelorum, quod est vita aeterna, intrare non possunt, anathema sit. Nam cum Dominus dicat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum coelorum; quis catholicus dubitet participem fieri diaboli eum, qui cohaeres esse non meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret.]

Can. 3. Item placuit ut quicumque dixerit, gratiam Dei, in qua justificamur per Jesum Christum Dominum

strum, ad solam remissionem peccatorum valere, quae n commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non mmittantur, anathema sit.

Can. 4. Item, quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei r Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tanm nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam bis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum, ut iamus, quid appetere, et quid vitare debeamus, non autem r illam nobis praestari, ut quod faciendum cognoverimus, am facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum im dicat Apostolus, scientia inflat, charitas vero aediat: valde impium est, ut credamus ad eam quae inflat s habere gratiam Christi; ad eam quae aedificat, non bere, cum sit utrumque donum Dei, et scire quid ere debeamus, et diligere ut faciamus: ut aedificante aritate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo riptum est: Qui docet hominem scientiam, ita etiam riptum est: Charitas ex Deo est.

Can. 5. Item placuit, ut quicumque dixerit: ideo bis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum bemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam; nquam et si gratia non daretur, non quidem facile, sed men possimus etiam sine illa implere divina mandata, athema sit. De fructibus enim mandatorum dominus quebatur, ubi non ait, sine me difficilius potestis facere, d ait, sine me nihil potestis facere.

Can. 6. Item placuit, quod ait S. Joannes Apostos, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos ducimus, et veritas in nobis non est: quisquis sic cipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem n oportere dici, nos non habere peccatum, non quia ritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus et jungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, elis est et jusuts, qui remittat nobis peccata, et mundet

nos ab omni iniquitate. Ubi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere, si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, et humilitas in nobis non est. Sed cum ait, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est: satis ostendit, eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Can. 7. Item placuit, ut quicumque dixerit, in oratione dominica ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum: Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et justus erat apostolus Jacobus: cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes, nisi ut ista sententia conveniret et Psalmo ubi legitur: Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro Job: In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Unde etiam Daniel sanctus et justus cum in oratione pluraliter diceret, peccavimus, iniquitatem fecimus, et caetera quae ibi veraciter et humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, haec non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Domino Deo nostro, noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit, et sua, quia futuros istos, qui tam male intelligunt, tanquam propheta praevidit.

Can. 8. Item placuit, ut quicunque verba ipsa dominicae orationis, ubi dicimus: dimitte nobis debita nostra, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc

dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, et non hominibus, sed ipsi Domino mentientem qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit, quae sibi dimittantur, debita non habere?

XII. Decreta Synodi Ephesinae oecumenicae III a. 431.

Anathematismi Cyrilli.

Anathematismos istos synodus III suscepit, IV. in acta retulit et epistolas Cyrilli canonicas vocavit, V. defendit.

α'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀληθείαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 1. Siquis non confitetur, Deum esse veraciter Emmanuel, et propterea Dei genitricem sanctam virginem: peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei Verbum, secundum quod scriptum est: Verbum caro factum est, anathema sit.

β'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 2. Si quis non confitetur, carni secundum substantiam unitum Dei Patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul et hominem, anathema sit.

γ'. Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ καὶ οὐχὶ δὴ

Can. 3. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitionem, sola eas connexione conjungens, eamque quae secundum carnis dignitatem fit, vel etiam autoritatem et potestatem, ac

μᾶλλον συνόδῳ ἀῇ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν· ἀνάθεμα ἔστω.

δ'. Εἴ τις προσώποις δυσὶν ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι φωνάς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατὰ ἀληθείαν, ὡς υἱον ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ς'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ

non potius conventu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

Can. 4. Si quis in personis duabus vel subsistentiis eas voces, quae in Apostolicis scriptis continentur et Evangelicis, dividit, vel quae de Christo dicuntur a sanctis, vel ab ipso, et aliquas quidem ex his velut homini, qui praeter Dei Verbum specialiter intelligatur, aptaverit, illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei Patris Verbo deputaverit, anathema sit.

Can. 5. Si quis audeat dicere, hominem Christum Theophorum, id est Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam filium per naturam secundum quod Verbum factum est caro, et communicavit similiter ut nos carni et sanguini, anathema sit.

Can. 6. Si quis dicit, Deum esse vel Dominum Christi, Dei Patris Verbum, et non magis eundem ipsum confitetur Deum simul et hominem, propterea quod

ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ. Εἴ τις φησὶν, ὡς ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν μονογενοῦς εὐδοξίαν περιῆφθαι, ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντα· ἀνάθεμα ἔστω.

η. Εἴ τις τολμήσει λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν θεὸν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ· τὸ γὰρ, „Σὺν", ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀναπέμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

θ. Εἴ τις φησὶ, τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ χρωμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκα-

Verbum caro factum est, secundum Scripturas, anathema sit.

Can. 7. Si quis velut hominem Jesum operante Deo Verbo dicit adjutum, et unigeniti gloriam tanquam alteri praeter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

Can. 8. Si quis audet dicere assumptum hominem coadorandum Deo Verbo, et conglorificandum et nuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam con syllaba superadjecta haec cogit intelligi) ac non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum caro factum est, anathema sit.

Can. 9. Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum dicit a Spiritu Sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, et ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse et coram hominibus

θάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμά φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργηκε τὰς θεοσημείας· ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν, ἡ θεία λέγει γραφὴ, προσκεκομικέναι τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρὶ· εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω.

ια'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου

divina signa perficere, ac non potius fatetur ejus proprium Spiritum per quem divina signa explevit, anathema sit.

Can. 10. Pontificem et Apostolum confessionis nostrae factum esse Christum, divina Scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo et Patri. Si quis ergo Pontificem et Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei Verbum quando caro factum est, et homo juxta nos homines, sed velut alterum praeter ipsum specaliter hominem ex muliere, aut qui dicit quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, et non potius pro nobis solis (non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nescivit), anathema sit.

Can. 11. Si quis non confitetur, carnem Domini vivificatricem esse, et propriam ipsius Verbi Dei Patris; sed velut alterius

τινὸς παρ' αὐτὸν συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν ἤγουν ὡς μόνην θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν ὅτι γέγονεν ἰδία του λόγου, τοῦ τὰ πάντα ζωογονεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω.

ιβ'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή τέ ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεὸς ἀνάθεμα ἔστω.

praeter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta vivificare valentis, A. S.

Can. 12. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, et crucifixum carne, et mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, et vivificator ut Deus, A. S.

B. Synodus Ephesina damnavit praeterea can. 1 et 4 eos, qui cum Coelestio sentiebant h. e. Pelagianos, et Massalianos.

XIII. Coelestini I epistola 21 ad episcopos Galliae de erroribus Semipelagianorum a. 431.

Cap. 2. Augustinum sanctae recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor aspersit: quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis semper decessoribus haberetur.

Eodem modo commendatur Augustini auctoritas a Bonifacio II in epistola ad Patres Arausicanos, atque inter Patres qui de gratia recte scripserunt recensetur. Nota tamen quae c. 13 hujus epistolae dicuntur et propositionem 30 Alex. VIII B.; denique ipsius Augustini verba l. 1. de dono perseverentiae cap. 21.: „Neminem velim sic

amplecti mea, ut ne sequatur nisi in iis, in quibus me non errare perspexerit: nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec me ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem."

Incipiunt praeteritorum Sedis Apostolicae episcoporum auctoritates de gratia Dei.

Cap. 3. Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis haereticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare praesumunt et cum Pelagium atque Coelestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tanquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi et probare profitentur, quae sacratissima Beati Apostoli sedes Petri contra inimicos gratiae Dei per ministerium praesulum suorum sanxit et docuit, necessarium fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanae Ecclesiae de haeresi, quae eorum temporibus exorta fuerat, judicarint, et contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint; ita ut Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones Sanctorum Patrum compendioso manifestamus indiculo, quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat et dicat.

Cap. 4. In praevaricatione Adae omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinae per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronuntiante beatae memoriae Innocentio papa atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium: „Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius

utitur bonis, cadens in praevaricationis profunda demersus est, et nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit; suaque in aeternam libertate deceptus, hujus ruinae jacuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per novae regenerationis purificationem omne praeteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit.«

Cap. 5. Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem sriptis ejusdem pontificis sententia protestatur dicens: »Numquid nos de eorum posthac rectum mentibus aestimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt?«

Cap. 6. Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonae conversationis acceperit. Quod ejusdem antistitis in ejusdem paginis doctrina confirmat, dicens: »Nam quamvis hominem redemisset a praeteritis ille peccatis, ad reparationem sibi, quemamodum posset illum et post ista corrigere, multa servavit, quotidiana praestans illi remedia; quibus nisi freti confisique nitamur, nullatemus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.«

Cap. 7. Quod nemo, nisi per Christum, libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data praedicat dicens: »Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur, in praevaricationem praesumtione conciderit. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia re-

generationis statum pristinae libertatis Christi Domini reformasset adventus.“

Cap. 8. Quod omnia studia et omnia opera ac merita Sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint; quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam nos sententiam dirigit beatae recordationis papae Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait: »Nos autem instinctu Dei, (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde noscuntur) ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus.“ Hunc autem sermonem sincerissimae veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum scriberent: »Illud vero quod in litteris, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens: Nos tamen instinctu Dei, etc., sic accepimus dictum, ut illos qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio, quam quod universa in nostrae humilitatis conscientiam retulistis? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter fidenterque dixistis. Ideo utique, quia praeparatur voluntas a Domino (Prov. 8, 25 sec. LXX) et ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum. Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt (Rom. 8, 14); ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanae singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.“

Cap. 9. Quod ita Deus in cordibus hominum atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonae voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius

rbis episcopos de divinae gratiae opitulatione loqueretur: Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus uxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, notibus, adjutor et protector orandus est. Superbum est nim ut quidquam sibi humana natura praesumat, clamante Apostolo: Non est nobis colluctatio adversus arnem et sanguinem, sed contra principes et potestates ëris hujus, contra spiritalia nequitiae in coelestibus Eph. 6, 12). Et sicut ipse iterum dicit: Infelix ego omo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (Rom. 7, 24). Et iterum: Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus n me vacua non fuit; sed plus illis omnibus laboravri. Non ego autem, sed gratia Dei mecum (1 Cor. 15, 10)."

Cap. 10. Illud etiam quod intra Carthaginiensis ynodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicae edis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum st: »Ut quicunque dixerit etc.« (cf. can. 3 Milev. upra). Et iterum quarto capitulo: »Ut quisquis dixerit ratiam Dei etc." (can. 4 Milev.) Item quinto capitulo: »Ut quisquis dixerit etc.« (can. 5 Milev.)

Cap. 11. Praeter has autem beatissimae et Apostolicae Sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi atres, pestiferae novitatis electione dejecta, et bonae oluntatis exordia et incrementa probabilium studiorum, t in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam eferre docuerunt; obsecrationum quoque sacerdotalium acramenta respiciamus, quae ab Apostolis tradita, in oto mundo atque in omni Ecclesia catholica uniformiter elebrantur, ut legem credendi statuat lex supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibimet egatione fungantur, apud divinam clementiam humani eneris agunt causam, et tota secum Ecclesia congemisente, postulant et precantur, ut infidelibus donetur fides,

ut idololatrae ab impietatis suae liberentur erroribus, ut haeretici catholicae fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivae charitatis accipiant, ut lapsis poenitentiae remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis coelestis misericordiae aula reseretur. Haec autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsorum monstrat effectus; quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii charitatis suae (Col. 1, 13); et ex vasis irae faciat vasa misericordiae (Rom. 9, 22). Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut haec efficienti Deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

Cap. 12. Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeunt quam exorcismis et exsuflationibus clericorum Spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras (Joh. 12, 31), et quomodo prius alligetur fortis (Matth. 12, 19.), et deinceps vasa ejus diripiantur (Marc. 3, 27), in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem (Eph. 4, 8), et dat dona hominibus (Ps. 67, 19).

His ergo ecclesiasticis regulis et ex divina sumptis auctoritate documentis, ita adjuvante Domino confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum et omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctorem, et non dubitemus, ab ipsius gratia omnia hominis merita praeveniri, per quem sit ut aliquid boni et velle incipiamus et facere (Phil. 2, 13). Quo utique auxilio et

munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quae sunt ipsius dona; et pro his quae largitus est, aeterna praemia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult et velimus et agamus, nec otiosa in nobis esse patitur, quae exercenda, non negligenda, donavit, ut et nos cooperatores simus gratiae Dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros et redimit de interitu vitam nostram (Ps. 102, 3. 4), et cui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.

Cap. 13. Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quaestionum, quas latius pertractarunt, qui haereticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere, quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quiquid secundum praedictas regulas Apostolicae Sedis nos scripta docuerunt: ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit praefixis sententiis esse contrarium.

XIV. Leonis papae epistola 15 dogmatica ad Turribium Asturicensem episcopum de erroribus Priscillianistarum in qua 16 capitula Turribii approbat.

1. „Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate divina, qui et Patris et Filii et Spiritus Sancti unam atque eamdem asserunt esse personam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur; nec alius sit qui genuit, alius qui de utroque processit; sed singularis unitas in tribus qui-

dem vocabulis, sed non in tribus sit accipienda personis . . .

2. In secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum de processionibus quarumdam virtutum ex Deo, quas habere coeperit et quas essentia sui ipse praecesserit . . . .

3. Tertii vero capituli sermo designat, quod iidem impii asserant, ideo unigenitum dici Filium Dei, quia solus sit natus ex virgine . . .

4. Quarto autem capitulo continetur, quod Natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica Ecclesia veneratur, quia Verbum caro factum est et habitavit in nobis, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut et die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt, quae vera non fuerint.

5. Quinto capitulo refertur, quod animam hominis divinae asserant esse substantiae, nec a natura creatoris sui conditionis nostrae distare substantiam . . .

6. Sexta annotatio indicat, eos dicere quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex Chao et tenebris emersisse: quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia . . .

7. Septimo loco sequitur, quod nuptias damnant et procreationem nascentium perhorrescunt . . . .

8. Octavum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum diaboli esse figmentum, et semina conceptionum opera daemonum in mulierum uteris figurari: propter quod resurrectionem carnis non esse credendam, quia concretio corporis non sit congruens animae dignitati . . . .

9. Nona autem annotatio manifesta, quod filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu Sancto dicant esse conceptos: ne illa soboles, quae de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur . .

10. Decimo autem capitulo referuntur asserere, animas, quae humanis corporibus inseruntur, fuisse sine corpore et in coelesti habitatione peccasse atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diversae qualitatis principes incidisse et per aërias ac sidereas potestates, alias duriores, alias mitiores, corporibus esse conclusas, sorte diversa et conditione dissimili: ut quidquid in hac vita varie et inaequaliter provenit ex praecedentibus causis videatur accidere . . .

11. Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis et animas hominum et corpora opinantur obstringi . .

12. Duodecimum inter haec illud est, quod sub aliis potestatibus partes animae, sub aliis corporis membra describunt; et qualitates interiorum praesulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt . .

13. Tertio decimo loco positum est eos dicere, quod omne corpus Scripturarum canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illae duodecim virtutes, quae reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam de qua prodiit reformetur . . .

14. Sub quarto decimo vero capitulo de statu corporis sentire dicuntur quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur, et ideo multa in sanctis libris, quae ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis Scripturis inter divinam terrenamque naturam quaedam sibi repugnet adversitas; et aliud sit

quod sibi vindicent animae praesules, aliud quod corporis conditores . . ."

15. 16. De falsatis Scipturae codicibus et apocryphis libris Priscillianistarum, de Dictinii scriptis perversis, quae omnia damnantur et prohibentur.

XV. Concilii Hispaniarum et Lusitaniae plenarii, jussu Leonis papae Toleti a. 447 habiti, professio fidei et anathematismi contra Priscillianistas ad normam epistolae dogmaticae Leonis.

Credimus in unum verum Deum Patrem omnipotentem, et Filium et Spiritum Sanctum, visibilium et invisicilium factorem, per quem omnia facta sunt in coelo et in terra, unum Deum et unam esse divinae substantiae trinitatem, Patrem autem non esse Filium ipsum, sed habere Filium qui Pater non sit; Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura; Spiritum quoque esse paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus paracletus, sed a Patre Filioque procedens. Pater est cujus vox haec audita est de caelis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius est qui ait: Ego a Patre exivi, et a Deo veni in hunc mundum. Paracletus est Spiritus, de quo Filius ait: nisi ego abiero ad Patrem, paracletus non veniet. Hanc trinitatem personis distinctam, substantia unitam, virtute et potestate et majestate invisibilem, indifferentem. Praeter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel angeli vel Spiritus, vel virtutis alicujus, quae Deus credatur. Hunc ergo Filium Dei, Deum natum a Patre ante omne omnino principium, sanctificasse uterum virginis Mariae, atque ex ea verum hominem sine virili generatum semine suscepisse, duabus

duntaxat naturis, id est, deitatis et carnis in unam convenientibus omnino personam, id est Dominum nostrum Jesum Christum. Nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidum atque verum. Hunc et esuriisse et sitiisse, et doluisse et flevisse et omnes corporis injurias pertulisse. Postremo a Judaeis crucifixum et sepultum, et tertia die resurrexisse. Conversatum postmodum cum discipulis suis, et quadragesima post resurrectionem die ad caelum ascendisse. Hunc Filium hominis etiam Filium Dei, et Filium Dei et hominis Filium appellamus. Resurrectionem vero futuram humanae credimus carnis, animam autem hominis non divinae esse substantiae, aut Dei Patris, sed creaturam dicimus Dei voluntate creatam.

1. Si quis autem dixerit aut crediderit, a Deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse, atque omnia ejus instrumenta, A. S.

2. Si quis dixerit atque crediderit, Deum Patrem eundem esse Filium vel Paracletum, A. S.

3. Si quis dixerit vel crediderit, Filium eundem esse Patrem vel Paracletum, A. S.

4. Si quis dixerit vel crediderit, Paracletum esse vel Patrem vel Filium, A. S.

5. Si quis dixerit vel crediderit, carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, A. S.

6. Si quis dixerit vel crediderit, Christum innascibilem esse, A. S.

7. Si quis dixerit vel crediderit, deitatem nascibilem esse, A. S.

8. Si quis dixerit vel crediderit, deitatem Christi convertibilem fuisse vel passibilem, A. S.

9. Si quis dixerit vel crediderit, alterum Deum esse priscae Legis, alterum Evangeliorum, A. S.

10. Si quis dixerit vel crediderit, ab altero D mundum factum fuisse, et non ab eo, de quo scripti est: In principio fecit Deus coelum et terram, A. S.

11. Si quis dixerit vel crediderit, corpora huma non resurgere post mortem, A. S.

12. Si quis dixerit vel crediderit, animam human Dei portionem, vel Dei esse substantiam, A. S.

13. Si quis dixerit vel crediderit, alias scriptur praeter quas ecclesia catholica recipit in autoritate hab das vel esse venerandas, A. S.

14. Si quis dixerit vel crediderit, deitatis et car unam in Christo esse naturam, A. S.

15. Si quis dixerit vel crediderit, esse aliquid qu se extra divinam Trinitatem possit extendere, A. S.

16. Si quis astrologiae vel mathesi existimat es credendum, A. S.

17. Si quis dixerit vel crediderit, conjugia homin quae secundum legem divinam licet habere, execrabi esse, A. S.

18. Si quis dixerit vel crediderit, carnes avium s pecudum, quae ad escam datae sunt, non tantum p castigatione hominum abstinendas, sed execrandas es anathema sit.

19. Si quis in errore Priscilliani sectam sequi vel profitetur, ut aliud in salubri baptismo contra fid Sancti Petri faciat, A. S.

Haec professio fidei cum anathematismis jussu Leonis pa in Galaeciam transmissa est atque a synodis Bracarensi Lucensi suscepta, postmodum vero etiam ab altera Bracare synodo anni 563. Accedunt anathematismi ad illos, quos I masus in synodo Romana emisit, quos supra dedimus. Alter Bracarense Concilium a. 563 capitula Toletani in formam e dentiorem et simpliciorem redegit.

XVI. Leonis papae epistola 28 dogmatica ad Flavianum Constantinopolitanum patriarcham adversus Eutychen.

Hanc epistolam synodi IV patres susceperunt clamantes, Petrum per Leonem locutum esse.

Cap. 3. Salva igitur proprietate utriusque naturae et substantiae et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas et ad resolvendum conditionis nostrae debitum, naturae est unita passibili: ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris . . .

Cap. 4. Ingreditur ergo haec mundi infima Filius Dei, de coelesti sede descendens et a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris, incomprehensibilis voluit comprehendi: ante tempora manens esse coepit ex tempore: universitatis Dominus servilem formam, obumbrata majestatis suae immensitate, suscepit. impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, et immortalis mortis legibus subjacere . . . Agit utraque forma cum alterius communione quod proprium est; Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Et sicut Verbum ab aequalitate paternae gloriae non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit.

XVII. Definitio Concilii Chalcedonensis, oecumenicae IV, a. 451.

Ἑπόμενοι τοίνιν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, ἕνα καὶ τόν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τόν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν· Χριστὸν Ἰησοῦν υἱὸν μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον, οὐ-

Sequentes igitur sanctos patres, unum eundemque confiteri Filium et dominum nostrum Jesum Christum consonanter omnes docemus, eundemque perfectum in deitate, et eundem perfectum in humanitate, Deum vere et hominem vere, eundem ex anima rationabili et corpore, consubstantialem Patri secundum deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: ante saecula quidem de patre genitum secundum deitatem, in novissimis diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem: unum eundemque Christum Filium Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata naturarum differentia propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in

δαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ Θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδέδωκε σύμβολον.

unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum atque divisum, sed unum et eundem Filium unigenitum Deum Verbum dominum Jesum Christum: sicut ante prophetae de eo, et ipse nos Jesus Christus erudivit, et patrum nobis symbolum tradidit.

XVIII. Symbolum Athanasianum.

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur; neque confundentes personas, neque substantiam separantes; alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti; sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus; increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus; immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus; aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus: et tamen non

tres aeterni; sed unus aeternus; sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, et unus immensus; similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus: et tamen non tres omnipotentes; sed unus omnipotens; ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus: et tamen non tres Dii; sed unus est Deus; ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus: et tamen non tres Domini; sed unus est Dominus; quia sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur; ita tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus; nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti; et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil majus aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt, et coaequales. Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, ut credamus, et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est. Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus, et homo est ex substantia matris in saeculo natus; perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationale, et humana carne subsistens; aequalis Patri secundum divinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit, et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione Divinitatis in

carnem, sed assumptione humanitatis in Deum; unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est judicare vivos et mortuos. Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem; et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam; qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est fides catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Haec professio Athanasii quidem opus non est; cum tamen ab utraque Ecclesia, Occidentali et Orientali, ut auctoritas suscipiatur, vera est fidei definitio. Mentio hujus symboli non fit ante saeculum VII vel ad summum VI, cumque ad haeresim Eutychianam respiciat, videtur saeculo V exeunte conscriptum. Auctor latinus quidam fuit scriptor incertus, sed et graece habetur.

XIX. Gelasii decretum de Scripturis canonicis et apocryphis, editum in concilio Romano a. 494.

Enumerantur omnes libri hodierni canonis, praeter Baruch, quem ut partem Jeremiae, cujus scriba fuerat, habere solebant. In aliquibus porro exemplaribus ponitur: Esdrae lib. I, Machabaeorum lib. I, alia vero legunt II. Tunc additur: »Post has omnes propheticas, evangelicas atque apostolicas scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis universae per orbem catholicae Ecclesiae unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana, catholica et apostolica ecclesia nullis synodicis constitutis caeteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce Domini et

Salvatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquientis, et super hanc petram etc. . . . Est ergo prima Petri apostoli sedes, Romana ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi.«

XX. Formula ab Hormisda pontifice episcopis Orientis, qui schismatis Acaciani participes fuerant, praescripta.

Haec fidei regula ab omnibus Orientis episcopis subscripta est, ab imperatore Justiniano, patriarchisque Constantinopolitanis Epiphanio, Joanne et Menna, denique in VIII synodo oecumenica act. 1 a patribus graecis et latinis.

Prima salus est regulam rectae fidei custodire et a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri J. C. praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus etc. Haec quae dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper servata religio . . . Unde, sicut praediximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem, et praedicantes ejus omnia constituta, spero ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et verax Christianae religionis soliditas etc.

XXI. Canones Concilii Arausicani II a. 529 contra Semipelagianos confirmati a Bonifacio II.

Can. 1. Si quis per offensam praevaricationis Adae non totum, id est secundum corpus et animam, in deterius dicit hominem conmutatum, sed animae libertate illaesa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur scripturae dicenti: Anima quae peccaverit, ipsa morietur. Et nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis

ejus cui obeditis? Et a quo quis superatur, ejus et servus addicitur.

Can. 2. Si quis soli Adae praevaricationem suam, non et ejus propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis quae poena peccati est, non autem et peccatum quod mors est animae, per unum hominem in omne genus humanum transiise testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

Can. 3. Si quis per invocationem humanam gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiae prophetae, vel Apostolo idem dicenti: Inventus sum non quaerentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.

Can. 4. Si quis ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusionem et operationem in nobis fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui Sancto, per Salomonem dicenti: Praeparatur voluntas a domino, et Apostolo salubriter praedicanti: Deus est qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate.

Can. 5. Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui justificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis pervenimus, non per gratiae donum, id est per inspirationem Spiritus Sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus quia qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri Jesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et gratia salvi facti estis per

fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem: omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

Can. 6. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel haec omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem et inspirationem Sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, et aut humilitati, aut obedientiae humanae subjungit gratiae adjutorium, nec ut obedientes et humiles simus ipsius gratiae donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes quod non accepisti? et: Gratia Dei sum id quod sum.

Can. 7. Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, haeretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in evangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere; et illud Apostoli: Non quod idonei simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Can. 8. Si quis alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium (quod in omnibus, qui de praevaricatione primi hominis nati sunt esse vitiatum constat), ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita laesum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis aeternae per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse Do-

minus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit, sicut et Petro dicit: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est; et Apostolus: Nemo potest dicere Dominum Jesum Christum nisi in Spiritu Sancto.

Can. 9. Divini est muneris cum et recte cogitamus, et pedes nostros a falsitate et injustitia continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.

Can. 10. Adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare.

Can. 11. Nemo quidquam domino recte voveret, nisi ab ipso acciperet, quod voveret, sicut legitur: Quae de manu tua accepimus, damus tibi.

Can. 12. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

Can. 13. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari: quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa vetitas dicit: Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.

Can. 14. Nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia praevenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua, Domine. Et illud: Deus meus, misericordia ejus praeveniet me.

Can. 15. Ab eo quod formavit Deus, mutatus est Adam, sed in pejus per iniquitatem suam. Ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit praevaricatoris primi, haec secundum Psalmistam mutatio dextrae excelsi.

Can. 16. Nemo ex eo quod videtur habere, glorietur, tanquam non acceperit: aut ideo se putet accepisse,

quia litera extrinsecus velut legeretur, apparuit, vel ut audiretur, sonuit. Nam sicut Apostolus dicit: Si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est: porro autem si non gratis mortuus est, ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Inde habet, quicunque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut vere non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

Can. 17. Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quae diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium, qnod est a nobis, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam praevenientibus.

Can. 18. Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia quae non debetur, praecedit ut fiant.

Can. 19. Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo se ipsam, creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

Can. 20. Multa Deus facit in homine bona, quae non facit homo. Nulla vero facit homo bona, quae non Deus praestat ut faciat homo.

Can. 21. Sicut eis qui volentes in Lege justificari, et a gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus: Si ex lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est: sic et his quis gratiam, quam commendat et percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur: Si ex natura justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Jam hic enim erat lex, et non justificabat; jam hic erat et natura, et non justificabat, ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum impleretur, qui dixit: Non veni legem solvere, sed adimplere: et ut natura per Adam

perdita, per illum repararetur, qui dixit, venisse se quaerere et salvare quod perierat.

Can. 22. Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. Si quis autem homo habet veritatem atque justitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac cremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

Can. 23. Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divinae serviant voluntati, quamvis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est, a quo praeparatur, et jubetur quod volunt.

Can. 24. Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc et manentem in se habere Christum, et manere in Christo, discipulis prodest, utrumque non Christo. Nam praeciso palmite, potest de viva radice alius pullulare: qui autem praecisus est, non potest sine radice vivere.

Can. 25. Prorsus donum Dei est diligere Deum. Ipse enim ut diligeretur dedit, qui non dilectus dilexit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris et Filii, quem cum Patre amamus et Filio. Ac sic secundum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc Deo propitiante et praedicare debemus et credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum et attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi gratia eum et misericordia divina praevenerit. Unde Abel justo, et Noë et Abraham et Isaac et Jacob, et omni antiquorum sanc-

torum multitudini, illam praeclaram fidem, quam in ipsorum laude praedicat apostolus Paulus, non per bonum naturae, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam: quam gratiam etiam post adventum Domini omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud quod jam supra dictum est, et praedicat Paulus apostolus: Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et illud: Deus qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri Jesu Christi. Et illud: Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Et quod de se ipso ait Apostolus: Misericordiam consequutus sum, ut fidelis essem. Non dixit, quia eram, sed ut essem. Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Innumerabilia sunt Sanctarum Scripturarum testimonia, quae possint ad probandam gratiam proferri, sed brevitatis studio praetermissa sunt, quia et revera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante et cooperante) quae ad salutem pertinent, possint et debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate praedestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profitemur, et credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus, et postea per Dei misericordiam adjuvamur, sed ipse nobis nullis praecedentibus bonis meritis et fidem et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum

(cum ipsius adjutorio) ea quae sibi sunt placita, implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod et illius latronis, quem Dominus ad paradisi patriam revocavit, et Cornelii Centurionis, ad quem angelus Domini missus est, et Zachaei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinae largitatis donum.

XXII. Synodi oecumenicae V canones XIV de tribus capitulis.

Anathematismi decreti a quinta synodo.

α'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν, μίαν τε δύναμιν, καὶ ἐξουσίαν, τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις προσκυνουμένην· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Εἷς γὰρ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα.

β'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τοῦ Θεοῦ λόγου εἶναι τὰς δύο γεννήσεις, τήντε πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως, τήντε ἐπ' ἐσχάτων τῶν

Can. 1. Si quis non confitetur Patris et Filii et Spiritus Sancti unam naturam sive essentiam, unam virtutem et potestatem, Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anathema sit. Unus enim Deus et Pater, ex quo omnia: et unus Dominus Jesus, per quem omnia: et unus Spiritus Sanctus, in quo omnia.

Can. 2. Si quis non confitetur, Dei Verbi esse duas nativitates, unam quidem ante saecula et sine tempore ex Patre incorporaliter, aliam vero ejusdem in ultimis

ἡμερῶν, τοῦ αὐτοῦ κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντος ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

diebus descendentis de caelo, et incarnati ex Sancta gloriosa Dei genitrice semperque Virgine Maria, qui natus est ex ea, talis A. S.

γ'. Εἴ τις λέγει ἄλλον εἶναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα, ἢ τὸν Θεὸν λόγον συνεῖναι λέγει τῷ Χριστῷ γενομένῳ ἐκ γυναικός, ἢ ἐν αὐτῷ εἶναι ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' οὐχ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ τοῦ αὐτοῦ τάτε θ ὑματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 3. Si quis dicit alium esse Deum Verbum qui miracula fecit et alium Christum qui passus est, vel Deum Verbum cum Christo esse dicit quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse ut alterum in altero, et non unum eundemque Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum, incarnatum et hominem factum, atque ejusdem miracula et passiones, quas sponte passus est carne, talis A. S.

δ'. Εἴ τις λέγει κατὰ χάριν, ἢ κατὰ ἐνέργειαν, ἢ κατὰ ἰσοτιμίαν, ἢ κατὰ αὐθεντίαν, ἢ ἀναφορὰν, ἢ σχέσιν, ἢ δύναμιν τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι· ἢ κατὰ εὐδοκίαν, ὡς

Can. 4. Si quis dicit, secundum gratiam vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum aequalitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, unitionem Dei Verbi ad ho-

ἑντος τοῦ Θεοῦ λό-
ου ἀνθρώπου, ἀπὸ
ὑ καὶ καλῶς δόξαι
περὶ αὐτοῦ, καθὼς
ρος μαινόμενος λέ-
κατὰ ὁμωνυμίαν,
ἣν οἱ Νεστοριανοὶ
θεὸν λόγον Ἰησοῦν,
Χριστὸν καλοῦντες
ὸν ἄνθρωπον κεχω-
νως Χριστὸν, καὶ
νομάζοντες, καὶ δύο
πα προφανῶς λέ-
, κατὰ μόνην τὴν
γορίαν, καὶ τιμὴν
ξίαν, καὶ προσκύ-
, καὶ ἓν πρόσωπον,
να Χριστὸν, ὑποκρί-
λέγειν. Ἀλλ' οὐχ
γεῖ τὴν ἕνωσιν τοῦ
λόγου πρὸς σάρκα
ομένην ψυχῇ λογικῇ
ερᾷ, κατὰ σύνθεσιν
κατὰ ὑπόστασιν
σθαι, καθὼς οἱ
πατέρες ἐδίδαξαν·
ιὰ τοῦτο μίαν αὐτοῦ
πόστασιν, ὅ ἐστιν
ος Ἰησοῦς Χριστὸς,
ς ἁγίας τριάδος· ὁ
ος ἀνάθεμα ἔστω.
ρόπως γὰρ νοου-
τῆς ἑνώσεως, οἱ
ἢ ἀσεβείᾳ Ἀπολλινα-

minem factam esse, aut secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo Verbo homo, quia bene visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secundum solam nominis similitudinem, quam Graeci homonymiam vocant, per quam Nestoriani Deum Verbum Jesum et Christum vocantes, et hominem separatim Christum et Filium nominantes, et duas personas manifeste dicentes, per solam nominationem, et honorem et dignitatem, et adorationem et unam personam et unum Christum confingunt dicere: sed non confitetur sicut Sancti Patres docuerunt, unitatem Dei Verbi ad carnem animatam anima rationali et intellectuali secundum compositionem, id est secundum subsistentiam factam, et propterea unam ejus subsistentiam, qui est Dominus noster Jesus Christus, unus de Sancta Trinitate talis anathema sit. Cum enim multis modis unitas intelligitur, aliquando quidem

ρίου καὶ Εὐτυχοῦς ἀκολουθοῦντες, τῷ ἀφανισμῷ τῶν συνελθόντων προκείμενοι, τὴν κατὰ σύγχυσιν τὴν ἕνωσιν πρεσβεύουσιν, οἱ δὲ τὰ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου φρονοῦντες, τῇ διαιρέσει χαίροντες, σχετικὴν τὴν ἕνωσιν ἐπεισάγουσιν· ἡ μέντοι ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἑκατέρας αἱρέσεως τὴν ἀσέβειαν ἀποβαλλομένη, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, κατὰ σύνθεσιν ὁμολογεῖ· ὅπερ ἐστὶ καθ' ὑπόστασιν. Ἡ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις, ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, οὐ μόνον ἀσύγχυτα τὰ συνελθόντα διαφυλάττει, ἀλλ' οὐδὲ διαίρεσιν ἐπιδέχεται.

ε'. Εἴ τις τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτως ἐκλαμβάνει, ὡς ἐπιδεχομένην πολλῶν ὑποστάσεων σημασίαν, καὶ διὰ τούτου εἰσάγειν ἐπιχειρεῖ ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου δύο ὑποστάσεις, ἤτοι δύο πρόσωπα,

impietatem Apollinaris et Eutychetis sequuntur, interemptionem eorum quae convenerunt colentes, unitionem secundum confusionem praedicant; Theodori autem et Nestorii sequaces, divisione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei vero ecclesia utriusque perfidiae impietatem ejiciens, unitionem Dei Verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Unitio enim pro compositione in Christi mysterio, non solum inconfusa ea quae convenere conservat, sed neque divisionem suscipit.

Can. 5. Si quis unam subsistentiam Domini nostri Jesu Christi ita intelligit, tanquam suscipientem multarum substantiarum significationem, et propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel personas, et ab eo introductis duabus per-

καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ εἰσαγομένων δύο προσώπων, ἓν πρόσωπον λέγει κατὰ ἀξίαν, καὶ τιμὴν, καὶ προσκύνησιν, καθάπερ Θεόδωρος καὶ Νεστόριος μαινόμενοι συνεγράψαντο· καὶ συκοφαντεῖ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὡς κατὰ ταύτην τὴν ἀσεβῆ ἔννοιαν χρησαμένην τῷ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ῥήματι. Ἀλλὰ μὴ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον σαρκὶ καθ' ὑποστασιν ἑνωθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο· μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι ἓν πρόσωπον· οὕτως τε καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, μίαν ὑπόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογῆσαι· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Οὔτε γὰρ προσθήκην προσώπου, ἤγουν ὑποστάσεως ἐπεδέξατο ἡ ἁγία τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος Θεοῦ λόγου.

ζ'. Εἴ τις καταχρηστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀληθῶς θεοτόκον λέγει τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν· ἢ κατὰ ἀναφορὰν,

sonis unam personam dicit per dignitatem et honorem et adorationem, sicut Theodorus et Nestorius insanientes conscripserunt, et calumniantur S. synodum Chalcedonensem tanquam secundum hunc impiissimum intellectum usam unius subsistentiae vocabulo, sed non confitetur Dei Verbum carni substantialiter uniri, et propterea unam ejus substantiam, vel unam personam, et ita Sanctam Chalcedonsensem synodum unam subsistentiam Domini nostri Jesu Christi confiteri, talis anathema sit. Neque enim adjectionem personae vel subsistentiae Sancta Trinitas suscepit, et incarnato uno de eadem Trinitate Deo Verbo.

Can. 6. Si quis abusive et non vere Dei genitricem dicit Sanctam gloriosam semper Virginem Mariam aut per relationem tanquam

ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ γεννηθέντος, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς, ἀναφερομένης δὲ κατ' ἐκείνου τῆς τοῦ ἀνθρώπου γεννήσεως ἐπὶ τὸν Θεὸν λόγον, ὡς συνόντα τῷ ἀνθρώπῳ γενομένῳ· καὶ συκοφαντεῖ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὡς κατὰ ταύτην τὴν ἀσεβῆ ἐπινοηθεῖσαν παρὰ Θεοδώρου ἔννοιαν, θεοτόκον τὴν παρθένον εἰποῦσαν· ἢ εἴ τις ἀνθρωποτόκον αὐτὴν καλεῖ ἢ χριστοτόκον, ὡς τοῦ Χριστοῦ μὴ ὄντος Θεοῦ· ἀλλα μὴ κυρίως, καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογεῖ, διὰ τὸ τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν λόγον, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι, οὕτωτε εὐσεβῶς καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογῆσαι, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ζ'. Εἴ τις ἐν δύο φύσεσι λέγων, μὴ ὡς ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν

homine puro nato, non autem Deo Verbo ex ea incarnato, sed relata secundum illos hominis nativitate in Deum Verbum, tanquam cohaerens nascenti homini; et criminatur Sanctam Chalcedonensem synodum, tanquam secundum eundem impium intellectum a Theodoro commentatum, Dei genitricem Virginem asserentem; aut si quis hominis genitricem vocat eam, aut Christi genitricem, utpote Christo non existente Deo, et non specialiter et secundum veritatem Dei genitricem, eandem confitetur, ob id quod ante secula a Patre genitus Deus Verbum, in ultimis diebus ex ea incarnatus et natus est, atque ita pie Sanctam Chalcedonensem synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

Can. 7. Si quis in duabus naturis dicens, non ut in deitate et humanitate unum Dominum nostrum Jesum

Ἰησοῦν Χριστὸν γνωρίζεσθαι ὁμολογεῖ, ἵνα διὰ τούτου σημάνῃ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἀσυγχύτως ἡ ἄῤῥαστος ἕνωσις γέγονεν· οὔτε τοῦ λόγου εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μεταποιηθέντος φύσιν, οὔτε τῆς σαρκὸς πρὸς τὴν τοῦ λόγου φύσιν μεταχωρησάσης (μένει γὰρ ἑκάτερον, ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει), καὶ γενομένης τῆς ἑνώσεως καθ' ὑπόστασιν, ὑπόστασιν ἄλλην ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος· τὴν τοιαύτην λαμβάνει φωνὴν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ἢ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων ὁμολογῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθέντος, μὴ τῇ θεωρίᾳ μόνῃ τὴν διαφορὰν τούτων λαμβάνει, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν, (εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα) ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ κέχρηται τῷ ἀριθμῷ, ὡς κεχωρισμένας καὶ ἰδιοϋποστάτους ἔχει τὰς φύσεις, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Christum cognosci confitetur, ut per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa et ineffabilis unitas facta est, neque Verbo in naturam carnis transfigurato, neque carne ad verbi naturam translata, (manet enim utrumque quod est secundum naturam) et post factam unitionem substantialiter; sed in divisionem per partem hujusmodi suscipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarum confitens in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo Deo Verbo incarnato, et non tantummodo contemplatione differentiam eorum accipit, ex quibus et compositus est, non interempta proprietate propter unitatem (unus enim ex utrisque et per unum utraque) sed propterea numero utitur, tanquam divisas et propria subsistentia consistentes naturas habeat, talis A. S.

η'. Εἴ τις ἐκ δύο φύσεων θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος ὁμολογῶν τὴν ἕνωσιν γεγενῆσθαι, ἢ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην λέγων, μὴ οὕτως αὐτὰ λαμβάνῃ καθάπερ καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐδίδαξαν, ὅτι ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης, τῆς ἑνώσεως καθ' ὑπόστασιν γενομένης, εἷς Χριστὸς ἀπετελέσθη. Ἀλλ' ἐκ τῶν τοιούτων φωνῶν μίαν φύσιν, ἤτοι οὐσίαν θεότητος καὶ σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ εἰσάγειν ἐπιχειρεῖ, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. Καθ' ὑπόστασιν γὰρ λέγοντες τὸν μονογενῆ λόγον ἡνῶσθαι, οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὴν εἰς ἀλλήλους τῶν φύσεων πεπρᾶχθαι φαμέν· μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας, ὅπερ ἐστὶν, ἡνῶσθαι σαρκὶ νοοῦμεν τὸν λόγον. Διὸ καὶ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρω-

Can. 8. Si quis ex duabus naturis deitate et humanitate confitens unitionem factam fuisse, vel unam naturam Dei Verbi incarnati dicens, et non sic has voces intelligit, sicut Sancti Patres docuerunt, quod ex divina natura et humana, unitione secundum subsistentiam facta, unus Christus factus est, sed ex hujusmodi vocibus unam naturam sive substantiam deitatis et carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit Secundum substantiam enim dicentes carni unigenitum Verbum unitum esse, non confusionem quandam ad invicem naturarum factam fuisse dicimus, magis autem manente utraque hoc quod est, unitum esse carni intelligimus Verbum. Propter quod et unus est Christus, idem Deus et homo, consubstantialis Patri secundum deitatem, et consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim et eos, qui per partes dividunt, vel incidunt et confundunt dispen-

πότητα· ἐπίσης γάρ καὶ τοὺς ἀνὰ μέρος διαιροῦντας, ἤτοι τέμνοντας, καὶ τοὺς συγχέοντας τὸ τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, ἀποστρέφεται, καὶ ἀναθεματίζει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία.

θ'. Εἴ τις προσκυνεῖσθαι ἐν δυσὶ φύσεσι λέγει τὸν Χριστὸν ἐξ οὗ προσκυνήσεις εἰσάγονται, ἰδία τῷ Θεῷ λόγῳ, καὶ ἰδία τῷ ἀνθρώπῳ· ἢ εἴ τις ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς σαρκὸς, ἢ ἐπὶ συγχύσει τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἢ μίαν φύσιν, ἤγουν οὐσίαν τῶν συνελθόντων τερατευόμενος, οὕτω προσκυνεῖ τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὐχὶ μιᾷ προσκυνήσει τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα μετὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς προσκυνεῖ, καθάπερ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν ἐσταυρωμένον σαρκὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν καὶ κύριον τῆς δόξης, καὶ ἕνα τῆς ἁγίας

sationis mysterium Christi, avertitur, et anathematizat catholica Dei ecclesia.

Can. 9. Si quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duae adorationes introducuntur semotim Deo Verbo, et semotim homini; aut si quis ad peremptum carnis aut in confusionem deitatis et humanitatis unam naturam sive essentiam convenientium portentuose dicens sic adorat Christum, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum ejus carne adorat, juxta quod Sanctae Dei Ecclesiae ab initio traditum est, talis anathema sit.

Can. 10. Si quis non confitetur crucifixum carne Dominum nostrum Jesum esse Deum verum et Dominum gloriae, et unum de Sancta Trinitate, talis anathema sit.

τριάδος. ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ια'. Εἴ τις μὴ ἀναθεματίζει Ἄρειον, Εὐνόμιον, Μακεδόνιον, Ἀπολλινάριον, Νεστόριον, Εὐτύχεα καὶ Ὠριγένην, μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν συγγραμμάτων, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αἱρετικοὺς, τοὺς κατακριθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας ὑπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν προειρημενῶν ἁγίων τεττάρων συνόδων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τῶν προειρημένων αἱρετικῶν φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, καὶ μεχρὶ τέλους τῇ οἰκείᾳ ἀσεβείᾳ ἐμμείναντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 11. Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem, et Originem, cum impiis eorum scriptis, et omnes alios haereticos qui condemnati [illegible]t et anathematizati a Sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia, vel praedictis Sanctis quatuor Conciliis, sed et eos qui similia cum praedictis haereticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, et usque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

ιβ'. Εἴ τις ἀντιποιεῖται Θεοδώρου τοῦ ἀσεβοῦς τοῦ Μοψουεστίας, τοῦ εἰπόντος ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ὑπὸ παθῶν ψυχῆς καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν χωριζόμενον,

Can. 12. Si quis defendit Theodorum impiissimum Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum Verbum, et alium Christum, et passionibus animae et concupiscentiis carnis molestatum, et a malis molestatum, et a malis paulatim separantem se, et ita

οὕτως ἐκ προκοπῆς
ν βελτιωθέντα καὶ
:ολιτείας ἄμωμον κα-
άντα, ὡς ψίλον ἄν-
πον βαπτισθῆναι εἰς
α πατρὸς καὶ υἱοῦ
ἁγίου πνεύματος, καὶ
τοῦ βαπτίσματος τὴν
ν τοῦ ἁγίου πνεύ-
ς λα[illegible], καὶ υἱο-
ας ἀξιωθῆναι· καὶ
ἰσότητα βασιλικῆς
νος εἰς πρόσωπον τοῦ
ἰ λόγου προσκυνεῖσθαι·
μετὰ τὴν ἀνάστασιν
πτον ταῖς ἐννοίαις
ἀναμάρτητον παντε-
γενέσθαι. Καὶ πά-
εἰρηκότος τοῦ αὐτοῦ
ὁοῦς Θεοδώρου, τὴν
ιν τοῦ Θεοῦ λόγου
; τὸν Χριστὸν τοιαύ-
γεγενῆσθαι, οἵαν ὁ
στολος ἐπὶ ἀνδρὸς
γυναικός· ἔσονται οἱ
εἰς σάρκα μίαν. Καὶ
; ταῖς ἄλλαις ἀναριθ-
μς αὐτοῦ βλασφη-
ς, τολμήσαντος εἰπεῖν,
μετὰ τὴν ἀνάστασιν
υσήσας ὁ κύριος τοῖς
ηταῖς, καὶ εἰπών·
πε πνεῦμα ἅγιον, οὐ
ωκεν αὐτοῖς πνεῦμα

ex promotione operum melioratum, et ex vitae conversatione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizari in nomine Dei Patris, Filii et Spiritus Sancti, et per baptismum gratiam Sancti Spiritus accipere, et adoptionem promereri, et ad similitudinem imperialis imaginis in personam Dei Verbi adorari; post resurrectionem inconvertibilem secundum intellectum, et sine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiissimo Theodoro unionem Dei Verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito et uxore: Erunt duo in carne una. Et super alias innumerabiles ejus blasphemias, praesumente dicere, quod post resurrectionem sufflans Dominus in discipulos suos et dicens: Accipite Spiritum Sanctum, non dedit Spiritum Sanctum, sed tantum schemate sufflavit. Hic autem et confessionem Thomae, per quam, dum palparet manum vel latus Domini

ἅγιον, ἀλλὰ σχήματι μόνον ἐνεφύσησε. Οὗτος δὲ καὶ τὴν ὁμολογίαν Θωμᾶ τὴν ἐπὶ τῇ ψηλαφήσει τῶν χειρῶν, καὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυρίου, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὸ, ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου, εἶπε, μὴ εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τοῦ Θωμᾶ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ παραδόξῳ τῆς ἀναστάσεως ἐκπλαγέντα, τὸν Θωμᾶν ὑμνῆσαι τὸν Θεὸν τὸν ἐγείραντα τὸν Χριστόν. Τὸ δὲ χεῖρον, καὶ ἐν τῇ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γενομένῃ παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἑρμηνείᾳ, συγκρίνων ὁ αὐτὸς Θεόδωρος τὸν Χριστὸν Πλάτωνι, καὶ Μανιχαίῳ, καὶ Ἐπικούρῳ, καὶ Μαρκίωνι, λέγει, ὅτι, ὥςπερ ἐκείνων ἕκαστος εὑράμενος οἰκεῖον δόγμα, τοὺς αὐτῇ μαθητεύσαντας πεποίηκε καλεῖσθαι Πλατωνικοὺς καὶ Μανιχαίους, καὶ Ἐπικουρείους, καὶ Μαρκιωνιστὰς, τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τοῦ Χριστοῦ εὑραμένου δόγμα, ἐξ αὐτοῦ Χριστιανοὺς καλεῖσ-

post resurrectionem, dixit: Deus meus, et Dominus meus, asseruit non fuisse dictum de Christo a Thoma. Nec enim esse eum Deum dicit, sed miraculo resurrectionis obtupescentem Thomam glorificasse Deum, qui suscitavit Christum. Quod autem pejus [illegible], et in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum quasi comparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichaeo et Epicuro, et Marcioni dicit: quia sicut unusquisque illorum inveniens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos, et Manichaeos et Epicurios et Marcionistas, simili modo et Christo inveniente sectam, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit praedictum impiissimum Theodorum, vel impia ejus scripta, in quibus tam praedictas quam et alias innumerabiles blasphemias evomuit adversus magnum Deum et salvatorem nostrum Jesum Christum, et non anathematizat eum, vel impia ejus con-

ϑαι. Εἴ τις τοίνυν ἀντιποιεῖται τοῦ εἰρημένου ἀσεβεστάτου Θεοδώρου, καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἐν οἷς τάς τε εἰρημένας καὶ ἄλλας ἀναριθμήτους βλασφημίας ἐξέχεε, κατὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ μὴ ἀναϑεματίζει αὐτόν, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ πάντας τοὺς δεχομένους, ἢ καὶ ἐνδικοῦντας αὐτόν, ἢ λέγοντας ὀρϑοδόξως αὐτὸν ἐκϑέσϑαι, καὶ τοὺς γράψαντας ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια φρονοῦντας, ἢ φρονήσαντας πώποτε, καὶ μέχρι τέλους ἐμμείναντας τῇ τοιαύτῃ αἱρέσει, ἀνάϑεμα ἔστω.

ιγ'. Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῶν ἀσεβῶν σιγγραμμάτων Θεοδωρίτου, τῶν κατὰ τῆς ἀληϑοῦς πίστεως, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, καὶ ἁγίας συνόδου καὶ τοῖ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν ιβ'·

scripta, et omnes qui susceperint aut defendunt eum, aut dicentes recte eum exponere, et eos qui pro ipso scripserunt, et similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel ejus impia conscripta, et eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando et usque ad finem permanserunt aut permanent in hujusmodi impietate, talis anathema sit.

Can. 13. Si quis defendit impia scripta Theodoreti, quae contra rectam fidem exposita sunt, et primam Ephesinam Sanctam Synodum, et Sanctum Cyrillum, vel 12 ejus capitula, et ea omnia quae conscripsit

αὐτοῦ κεφαλαίων, καὶ πάντων ὧν συνεγράψατο ὑπὲρ Θεοδώρου, καὶ Νεστορίου τῶν δυσσεβῶν, καὶ ὑπὲρ ἄλλων τῶν τὰ αὐτὰ τοῖς προειρημένοις Θεωδώρῳ, καὶ Νεστορίῳ φρονούντων, καὶ δεχομένων αὐτοὺς, καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν, καὶ δι' αὐτῶν ἀσεβεῖς καλεῖ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους, τοῦς καθ' ὑπόστασιν τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου φρονοῦντας καὶ εἴπερ οὐκ ἀναθεματίζει τὰ εἰρημένα ἀσεβῆ συγγράμματα, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, καὶ πάντας δὲ τοὺς γράψαντας κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἢ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ τελευτήσαντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ιδ'. Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῆς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην, τῆς ἀρνουμένης μὲν τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ ἀει-

pro Theodoro et Nestorio impiissimis, vel aliis qui similia praedictis Theodoro et Nestorio impissimis, vel aliis, qui similia praedictis Theodoro et Nestorio impiissime sapuerunt, et recipit eos, vel impietatem eorum, atque propterea impios vocat ecclesiae doctores qui substantialiter unitionem Dei Verbi ad carnem confitentur et non anathematizat praedicta impiissime conscripta, et eos qui similia his sapuerunt vel sapiunt, sed et omnes qui contra rectam fidem scripserunt, aut contra beatae memoriae Cyrillum, vel 12 ejus capitula et in hac impietate defuncti sunt, talis anathema sit.

Can. 14. Si quis defendit epistolam, quam dicitur Iba scripsisse ad Marim Persam, quae denegat quidem Dei Verbum de Sancta genitrice semperque virgine Maria incarnatum hominem

ου Μαρίας σαρ-
κ, ἄνθρωπον γε-
ι· λεγούσης δὲ ψι-
θρωπον ἐξ αὐτῆς
αι, ὃν ναὸν ἀπο-
ς ἄλλον εἶναι τὸν
όγον, καὶ ἄλλον
ρωπον· καὶ τὸν
ις Κύριλλον τὴν
τῶν χριστιανῶν
τηρύξαντα διαβαλ-
ὡς αἱρετικὸν, καὶ
Ἀπολλιναρίῳ τῷ
γράψαντα· καὶ
ένης τὴν ἐν Ἐφέσῳ
ἁγίαν σύνοδον, ὡς
ίσεως καὶ ζητη-
Νεστόριον καθε-
καὶ τὰ δώδεκα
α τοῦ ἐν ἁγίοις
ν ἀσεβῆ, καὶ
τῇ ὀρθῇ πίστει
ἢ η αὐτὴ ἀσεβὴς
ἢ, καὶ ἐνδικεῖ
ν, καὶ Νεστόριον
ἀσεβῆ αὐτῶν δόγ-
καὶ συγγράμματα,
οίνυν τῆς εἰρημέ-
στολῆς ἀντιποιεῖ-
ὶ μὴ ἀναθεματί-
ὴν, καὶ τοὺς ἀν-
μένους αὐτῆς, καὶ
; αὐτὴν ὀρθὴν
μέρος αὐτῆς, καὶ

factum, dicit autem purum hominem ex ea natum fuisse, quem templum vocat tanquam alio existente Deo Verbo, et alio homine, sed et Sanctum Cyrillum rectam Christianorum fidem praedicantem reprehendit haereticum, et similia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam Sanctam primam synodum, tanquam sine judicio et requisitione Nestorium deponentem, sed 12 capitula beatae memoriae Cyrilli impia et adversa rectae fidei nominat praedicta impia epistola et defendit Theodorum et Nestorium, et impia eorum dogmata et conscripta. Si quis igitur praedictam epistolam defendit, et non eam anathemati submittit, et eos qui defendunt eam, et dicunt rectam esse, aut partem ejus, et eos qui conscripserunt vel scribunt pro ea, sive pro impietatibus, quae in ipsa continentur, et praesumentes ea defendere, aut positas in ea impietates ex nomine

γράψαντας καὶ γράφοντας ὑπὲρ αὐτῆς, ἢ τῶν περιεχομένων αὐτῇ ἀσεβειῶν, καὶ τολμῶντας ταύτην ἐνδικεῖν, ἢ τὰς περιεχομένας αὐτῇ ἀσεβείας ὀνόματι τῶν ἁγίων πατέρων, ἢ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τούτοις μέχρι τέλους ἐμμείναντας· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Sanctorum Patrum aut Sanctae Chalcedonensis synodi, et usque ad finem in his permanserunt, talis anathema sit.

Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων, ἃ καὶ παρελάβομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας, καὶ τῶν ὁρισθέντων περὶ τῆς μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως παρὰ τῶν προειρημένων ἁγιῶν τεσσάρων συνόδων, γενομένης δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τῆς ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, πρόσγε καὶ τῆς τῶν ἐνδικησάντων, ἢ ἐνδικούντων τὰ εἰρημένα τρία κεφάλαια. καὶ ἐναπομεινάντων, ἢ ἀπομενόντων τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ, κατακρίσεως, εἴτις ἐπιχειρήσοι ἐναντία τοῖς παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς διατυπωθεῖσι παραδοῦναι, ἢ διδάξει, ἢ

His igitur ita confessis a nobis, quae et accepimus de divina scriptura a Sanctorum Patrum doctrina, et definitis de una eademque fide a praedictis Sanctis quatuor Conciliis, facta vero et a nobis super haereticos, vel impietatem eorum, sed et contra eos qui defendere praesumserunt aut defendunt praedicta tria capitula, aut permanserunt et perpermanent in proprio errore et condemnatione: Si quis conatus fuerit contraria his quae a nobis pie terminata sunt, tradere aut docere aut scribere, si quidem episcopus est, aut in clero connumeratus, talis extranea, et a sacerdotum et

γράψαι, εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη, ἢ ἐν κλήρῳ ἀναφερόμενος, ὁ τοιοῦτος ἀλλότρια ἱερέων, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως πράττων, γυμνωθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ τοῦ κλήρου, εἰ δὲ μοναχὸς, ἢ λαικὸς, ἀναθεματισθήσεται.

ecclesiastica disciplina peragens denudabitur ab episcopatu aut clero, si autem monachus aut laicus fuerit, anathematizabitur.

XXIII. Canones Synodi V contra Origenem.

Nonnulli censent, canones istos a Synodo Constantinopolitana sub Menna habita confectos esse. Videntur tamen a Synodo V suscepti.

α'. Εἴ τις τὴν μυθώδη προϋπαρξιν τῶν ψυχῶν καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν πρεσβεύει· ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 1. Si quis fabulosam animarum praeexistentiam, et quae ex illa consequitur monstruosam restitutionem asseruerit, anathema sit.

β'. Εἴ τις λέγει, πάντων τῶν λογικῶν τὴν παραγωγὴν νόας ἀσωμάτους, καὶ ἀΰλους γεγονέναι δίχα παντὸς ἀριθμοῦ, καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων τούτων γενέσθαι τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας, καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον ἑνώσει τε καὶ γνώσει· κόρον δὲ αὐτὰς λάβειν

Can. 2. Si quis dixerit, omnium rationalium productionem fuisse mentes, corporis et materiae expertes, absque ullo numero et nomine, adeo ut eorum omnium fuerit unitas identitate substantiae, potentiae et virtutis, atque unione et cognitione erga Deum Verbum; satietatem autem illas cepisse divinae

πρὸς τὸ χεῖρον τραπῆναι τῆς θείας θεωρίας, καὶ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν τῆς ἐπὶ τοῦτο ῥοπῆς, καὶ εἰληφέναι σώματα λεπτομερέστερα, ἢ παχύτερα, καὶ ὄνομα κληρώσασθαι, διὰ τὸ, ὡς ὀνομάτων, οὕτω καὶ σωμάτων διαφορὰς εἶναι τῶν ἄνω δυνάμεων· καὶ ἐντεῦθεν, τοὺς μὲν Χερουβὶμ, τοὺς δὲ Σεραφὶμ, τοὺς δὲ Ἀρχὰς, καὶ Ἐξουσίας, ἢ Κυριότητας, ἢ Θρόνους καὶ Ἀγγέλους, καὶ ὅσα ἐστὶν οὐράνια τάγματα, γεγονέναι τε, καὶ ὀνομασθῆναι· ἀνάθεμα ἔστω.

γ'. Εἴ τις λέγει, τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τῆς αὐτῆς τῶν λογικῶν ἑνάδος ὄντα, ἐκ παρατροπῆς τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον γεγονέναι τοῦτο, ὅπερ ἐστίν· ἀνάθεμα ἔστω.

δ'. Εἴ τις λέγει, τὰ λογικὰ τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυγέντα, σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδυθῆναι, καὶ ἀνθρώπους ὀνομασθῆναι· τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον της κακίας ἐλη-

contemplationis, et in deterius conversas esse, pro eo ac unaquaeque propensa fuerit in illud; et assumpsisse corpora subtiliora vel crassiora, necnon accepisse nomen; eo quod sicut nominum, ita et corporum differentiae sunt apud supernas virtutes: atque hinc factum esse, ut alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus vel Potestates, vel Dominationes, vel Throni et Angeli, et quotquot sunt ordines coelestes, effecti fuerint ac vocati: A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, solem, et lunam, et astra ipsa quoque, cum ex eadem rationalium unitate essent, ex conversione in pejus facta esse id quodque sunt: A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, rationalia refrigerata a divina caritate, crassis corporibus, qualia sunt nostra, illigata fuisse et homines vocata, alia vero, cum ad summum malitiae pertigis-

λακότα, ψυχροῖς, καὶ ζοφεροῖς ἐνδυθῆναι σώμασι καὶ δαίμονας ἢ πνευματικὰ τῆς πονηρίας εἶναι, καὶ καλεῖσθαι· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις λέγει ἐξ Ἀγγελικῆς καταστάσεως, καὶ Ἀρχαγγελικῆς ψυχικὴν κατάστασιν γίνεσθαι, ἐκ δὲ ψυχῆς δαιμωνιώδη, καὶ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης, Ἀγγέλους πάλιν, καὶ δαίμονας γίνεσθαι, καὶ ἕκαστον τάγμα τῶν οὐρανιῶν δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω, συνεστηκέναι· ἀνάθεμα ἔστω,

ς'. Εἴ τις λέγει, διττὸν πεφηνέναι τὸ γένος τῶν δαιμονίων, συγκροτούμενον ἐκ τε ψυχῶν ἀνθρωπίνων καὶ ἐκ κρειττίων καταπιπτόντων εἰς τοῦτο πνευμάτων· ἕνα δὲ νοῦν ἐκ πάσης τῆς δῆθεν ἑνάδος τῶν λογικῶν ἀκίνητον μεῖναι τῆς θείας ἀγάπης, καὶ θεωρίας, ὃν Χριστὸν, καὶ Βασιλέα γεγονότα πάντων τῶν λογικῶν παραγαγεῖν πᾶσαν τὴν σωμα-

sent, frigidis tenebrosisque illigata esse corporibus; atque tum esse, tum appellari daemones, sive spiritalia nequitiae, A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, ex angelico et archangelico statu animalem statum fieri, ex animali autem daemoniacum et humanum; ex humano vero angelos iterum daemonesque fieri, et singulos ordines caelestium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex superioribus, vel ex superioribus, et inferioribus constitisse: A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, duplex exstitisse daemonum genus constans ex animabus hominum, et ex praestantioribus spiritibus ad hoc delapsis; unum autem animum ex omni utique rationalium unitate immotum mansisse in Dei caritate et contemplatione: qui Christus cum fuerit et rex omnium rationalium, universam praetergressus sit corpoream naturam, caelum et terram,

τικὴν φύσιν, οἰρανόν τε, καὶ γῆν καὶ τὰ ἐν μέσῳ· καὶ ὅτι ὁ κόσμος πρεσβύτερα τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ στοιχεῖα ἔχων ἐνυπόστατα· ξηρὸν, ὑγρὸν, θερμὸν, ψυχρόν· καὶ τὴν ἰδέαν προς ἣν ἀπετυπώθη οὕτως γέγονε, καὶ ὅτι οὐχ ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτό ἐστι θνητὸς, ἀλλ' ὁ νοῦς, ὃν φασι δημιουργικὸν, προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ τὸ εἶναι ἀυτῷ τῷ κόσμῳ παρέχων, θνητὸν ἀνέδειξεν· ἀνάθεμα ἔστω.

quaeque sunt intermedia: et quod mundus antiquiora ipsius exsistentia elementa habens in se subsistentia, siccitatem, humorem, calorem, frigus, et ideam, ad quam efformatus est, ita est, factus, quodque sanctissima et consubstantialis Trinitas mundum non creaverit, et ideo sit genitus: sed mens, quam creatricem vocant, exsistens ante mundum, ipsique mundo exsistentiam largiens, genitum exhibuerit, A. S.

ζ'. Εἴ τις λέγει, Χριστὸν λεγόμενον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κενῶσαι ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἐλεήσαντά φασι γενομένην πολυσχεδῆ κατάπτωσιν τῶν τῆς αὐτῆς ἑνάδος, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς βουλόμενον, διὰ πάντων γενέσθαι, καὶ σώματα διάφορα μεταμφίασασθαι καὶ ὀνό-

Can. 7. Si quis dixerit, Christum, qui dicitur in forma Dei exsistere et ante omnia saecula Deo Verbo unitum, novissimis diebus exinanivisse semetipsum ad naturam humanam, misertum illius quae facta est, ut ajunt, multiplex prolapsio eorum, qui erant in eadem unitate: et cum vellet ipsos restituere, per omnes exstitisse, et diversa corpora induisse, et nomina sumpsisse, omnia omnibus factum: in

κληρώσασθαι, πάντα
γεγενημένον, ἐν Ἀγ-
ς Ἄγγελον, ἀλλὰ καὶ
πάμεσι Δύναμιν, καὶ
λοις τάγμασιν ἢ εἴ-
τῶν λογικῶν ἁρμο-
ἑκάστοις μεταμορ-
θαι· εἶτα παραπλη-
ἡμῖν μετεσχηκέναι
ὸς καὶ αἵματος καὶ
έναι καὶ τοῖς ἀνθρώ-
ἄνθρωπον· καὶ μὴ
ογεῖ, τὸν Θεὸν Λόγον
θῆναι τε καὶ ἐναν-
πίσαι· ἀνάθεμα ἔστω.
Εἴ τις μὴ λέγει, τὸν
Λόγον, τὸν ὁμοούσιον
Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ
Πνεύματι, τὸν σαρ-
έντα καὶ ἐνανθρω-
κντα, τὸν ἕνα τῆς
ς Τριάδος, κυρίως
τὸν, ἀλλὰ καταχρησ-
ς, διὰ τὸν, ὥς φασι,
σαντα ἑαυτὸν νοῦν·
συνημμένον αὐτῷ τῷ
λογῳ, καὶ κυρίως
μενον Χριστόν· ἀλλ'
ον διὰ τοῦτον Χρισ-
καὶ τοῦτον δι' ἐκεῖ-
Θεόν· ἀνάθεμα ἔστω.
Εἴ τις λέγει, ὅτι
ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ
ωθεῖς σαρκὶ ἐμψυ-

Angelis Angelum, sed et in Virtutibus Virtutem, et in aliis ordinibus vel speciebus rationalium, congruenter singulis transformatum fuisse: postea similiter nobis communicasse carni et sanguini, et factum esse hominibus hominem: et non confitetur Deum Verbum exinanitum fuisse et hominem factum fuisse: A. S.

Can. 8. Si quis non dixerit, Deum Verbum, consubstantialem Deo et Patri ac Sancto Spiritui, incarnatum et hominem factum, unum ex Sancta Trinitate, proprie Christum esse, sed abusive; propter Mentem, quae, ut ajunt, exinanivit semetipsam: tamquam conjunctam ipsi Deo Verbo, et quae proprie Christus dicitur; sed illum propter hunc Christum esse, et hunc propter illum esse Deum: A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, quod non Verbum Dei incarnatum carne animata

χωμένῃ ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ κατελήλυθεν εἰς ᾅδην, καὶ πάλιν εἰς τὸν οὐρανον ὁ αὐτὸς ἀναβέβηκεν, ἀλλ ὁ παρ᾽ αὐτοῖς λεγόμενος νοῦς, ον ἀσεβοῦντες λέγουσι κυρίως Χριστόν, τῇ τῆς μονάδος γνώσει πεποιημένον· ἀνάθεμα ἔστω.

ι. Εἴ τις λέγει, ὡς τὸ τοῦ Κυρίου ἐξ ἀναστάσεως σῶμα αἰθέριόν τε καὶ σφαιροειδὲς τῷ σχηματι, ὅτι τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν λοιπῶν ἐξ ἀναστάσεως ἔσται σώματα· καὶ ὅτι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρῶτον ἀποτιθεμένου τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ πάντων ὁμοίως εἰς τὸ ἀνύπαρκτον χωρήσει ἡ τῶν σωμάτων φύσις· ἀνάθεμα ἔστω.

ια. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ μέλλουσα κρίσις ἀναίρεσιν παντελῆ τῶν σωμάτων σημαίνει· καὶ ὅτι τέλος ἐστὶ τοῦ μυθευομένου ἡ ἄυλος φύσις, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ μέλλοντι τῶν τῆς ὕλης ὑπάρξει, ἀλλὰ γυμνὸς ὁ νοῦς· ἀνάθεμα ἔστω.

anima rationali et intelligente, descendit ad inferos, et rursum in caelum idem ascendit: sed eum qui ab ipsis dicitur Mens, quem impie loquentes dicunt esse proprie Christum, factum cognitione Monadis: A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, Domini corpus post resurrectionem fuisse aethereum et figura sphaerica; et quod talia etiam reliquorum post resurrectionem futura sunt corpora: et quod ipso Domino primum deponente proprium suum corpus, et omnibus similiter, abibit in nihilum natura corporum: anathema sit.

Can. 11. Si quis dixerit, quod futurum judicium significat omnimodam corporum abolitionem: et quod finis confictae fabulae est natura expers materiae: et quod in futuro nihil eorum erit quae constant materia, sed nuda et sola mens; A. S.

ιβ'. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἑνιοῦνται τῷ Θεοῦ Λόγῳ οὕτως ἀπαραλλάκτως αἱ τε ἐπουράνιαι δυνάμεις, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ διάβολος, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ὡς αὐτὸς ὁ νοῦς ὁ λεγόμενος παρ' αὐτῶν Χριστὸς, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ κενώσας ὥς φασιν ἑαυτὸν, καὶ πέρας ἔσεσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ· ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 12. Si quis dixerit, quod uniuntur Deo Verbo per omnia similiter caelestes virtutes, et omnes homines, et diabolus, et spiritalia nequitiae, ut ipsa Mens quae dicitur ab ipsis Christus, et quae in forma Dei est, et cxinanivit, ut ajunt, semetipsam: et quod finis erit regni: A. S.

ιγ'. Εἴ τις λέγει, ὡς οὐδὲ μίαν παντελῶς ἕξει ὁ Χριστὸς πρὸς οὐδὲ ἓν τῶν λογικῶν διαφορὰν, οὐδὲ τῇ οὐσίᾳ, οὐδε τῇ γνώσει, οὐδὲ τῇ ἐφ' ἅπαντα δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ πάντες ἐκ δεξιῶν ἔσονται τοῦ Θεοῦ, καθάπερ ὁ παρ' αὐτοις Χριστὸς, ὡς καὶ ἐν τῇ παρὰ αὐτῶν μυθευομένῃ προϋπάρξει ἐντύγχανον· ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 13. Si quis dixerit, quod nulla re omnino Christus discrepabit ab ulla rationabilium creaturarum, neque essentia, neque cognitione, neque potestate aut virtute supra universa: sed futuros omnes a dextris Dei: quemadmodum qui ab illis dicitur Christus, quemamodum fuere in illa quam fabulantur praeexistentia: A. S.

ιδ'. Εἴ τις λέγει, ὅτι πάντων τῶν λογικῶν ἑνὰς μία ἔσται τῶν ὑποστάσεων καὶ τῶν ἀριθμῶν, συναναιρουμένων τοῖς σώ-

Can. 14. Si quis dixerit: quod omnium rationabilium unitas una erit, hypostasi et numero sublatis una cum corporibus: et quod cog-

μασι· καὶ ὅτι τῇ γνώσει τῇ περὶ τῶν λογικῶν ἕπεται κόσμων τε φθορὰ καὶ σωμάτων ἀπόθεσις, καὶ ὀνομάτων αἵρεσις, ταυτότης ἔσται τῆς γνώσεως καθάπερ καὶ τῶν ὑποστάσεων. καὶ ὅτι ἐν τῇ μυθευομένῃ ἀποκαταστάσει ἔσονται μόνοιν γυμνοὶ, καθάπερ καὶ ἐν τῇ παρ' αὐτῶν ληδωρουμένῃ προϋπάρξει ἐτύγχανον, ἀνάθεμα ἔστω·

ιε'. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ ἀγωγὴ τῶν νοῶν, ἡ αὐτὴ ἔσται τῇ πρωτέρᾳ, ὅτε οὔπω ὑποβεβήκεσαν ἢ καταπεπτώκεισαν, ὡς τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν εἶναι τῷ τέλει, καὶ τὸ τέλος τῆς ἀρχῆς μέτρον εἶναι· ἀνάθεμα ἔστω.

nitionem rationalium sequitur mundorum interitus, et depositio corporum, et nominum abrogatio: quod identitas futura est cognitionis, quemamodum et hypostaseon: et quod in fabulosa restitutione futurae sunt solae mentes nudae, quemamodum in illa quam delirantes fingunt praeexistentia fuerunt: A. S.

Can. 15. Si quis dixerit, quod vita mentium eadem erit cum priore, quando nondum descenderant, aut deciderant: ut principium sit idem cum fine, et finis mensura principii sit: A. S.

XXIV. Canones Concilii Lateranensis a. 649 sub Martino I.

Suscipiuntur ab Agathone cum omnibus synodis Occidentis in epistola ad imperatores occasione synodi VI oecumenicae data.

Can. 1. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et veraciter Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, trinitatem in unitate, et unitatem in trinitate, hoc est, unum Deum in tribus subsistentiis consubstantialibus et aequalis gloriae, unam eademque trium deita-

tem, naturam, substantiam, virtutem, potentiam, regnum, imperium, voluntatem, operationem, inconditam, sine initio, incomprehensibilem, immutabilem, creatricem omnium et protectricem, condemnatus sit.

Can. 2. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem ipsum unum sanctae et consubstantialis et venerandae trinitatis Deum Verbum e coelo descendisse, et incarnatum ex Spiritu Sancto et Maria semper Virgine, et hominem factum, crucifixum carne, propter nos sponte passum sepultumque, et resurrexisse tertia die, et ascendisse in coelos, atque sedentem in dextra Patris, et venturum iterum cum gloria paterna cum assumpta ab eo atque animata intellectualiter carne ejus, judicare vivos et mortuos, condemnatus sit.

Can. 3. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem Dei genitricem Sanctam semperque Virginem immaculatam Mariam, utpote ipsum Deum Verbum specialiter et veraciter, qui a Deo Patre ante omnia saecula natus est, in ultimis saeculorum absque semine concepisse ex Spiritu Sancto, et incorruptibiliter eam genuisse, indissolubili permanente et post partum ejusdem virginitate, condemnatus sit.

Can. 4. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem, ipsius et unius Domini nostri et Dei Jesu Christi duas nativitates, tam ante saecula ex Deo et Patre incorporaliter et sempiternaliter, quamque de Sancta Virgine semper Dei genitrice Maria corporaliter in ultimis saeculorum, atque unum eumdemque Dominum nostrum et Deum Jesum Christum consubstantialem Deo et Patri secundum deitatem et consubstantialem homini et matri secundum humanitatem, atque eumdem passibilem carne, et impassibilem deitate, eumdem inconditum et conditum, terrenum et coelestem, visibilem et intelligibilem, capabilem et incapabilem: ut

toto homine eodemque et Deo totus homo reformaretur, qui sub peccato cecidit, condemnatus sit.

Can. 5. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem unam naturam Dei Verbi incarnatam, per hoc quod incarnata dicitur nostra substantia perfecte in Christo Deo et indiminute, absque tantummodo peccato significata, condemnatus sit.

Can. 6. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur propie et secundum veritatem ex duabus et in duabus naturis substantialiter unitis, inconfuse et indivise unum eumdemque esse Dominum et Deum Jesum Christum, condemnatus sit.

Can. 7. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem substantialem differentiam naturarum inconfuse et indivise in eo salvatam, condemnatus sit.

Can. 8. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem naturarum substantialem unitionem indivise et inconfuse in eo cognitam, condemnatus sit.

Can. 9. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem naturales proprietates deitatis ejus et humanitatis indiminute in eo et sine deminoratione salvatas, condemnatus sit.

Can. 10. Si quis secundum Sanctos Patres non donfitetur proprie et secundum veritatem duas unius ejusdemque Christi Dei nostri voluntates cohaerenter unitas, civinam et humanam, ex hoc quod per utramque ejus naturam voluntarius naturaliter idem consistit nostrae salutis, condemnatus sit.

Can. 11. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem duas unius ejusdemque Christi Dei nostri operationes cohaerenter unitas,

divinam et humanam, ab eo quod per utramque ejus naturam operator naturaliter idem existit nostrae salutis, condemnatus sit.

Can. 12. Si quis secundum scelerosos haereticos unam Christi Dei nostri voluntatem confitetur et unam operationem, in peremptionem Sanctorum Patrum confessionis, et abnegationem ejusdem salvatoris nostri dispensationis, condemnatus sit.

Can. 13. Si quis secundum scelerosos haereticos in Christo Deo in unitate substantialiter salvatis, et a Sanctis Patribus nostris pie praedicatis duabus voluntatibus et duabus operationibus, divina et humana, contra doctrinam Patrum, et unam voluntatem atque unam operationem confitetur, condemnatus sit.

Can. 14. Si quis secundum scelerosos haereticos cum una voluntate et una operatione, quae ab haereticis impie confitetur, et duas voluntates pariterque et operationes, hoc est, divinam et humanam, quae in ipso Christo Deo in unitate salvantur, et a Sanctis Patribus orthodoxe in ipso praedicantur, denegat et respuit, condemnatus sit.

Can. 15. Si quis secundum scelerosos haereticos deivirilem operationem, quod Graeci dicunt θεανδρικὴν, unam operationem insipienter suscipit, non autem duplicem esse confitetur secundum Sanctos Patres, hoc est, divinam et humanam, ant ipsam deivirilis, quae posita est, novam vocabuli dictionem unius esse designativam, sed non utriusque mirificae et gloriosae unitionis demonstrativam, condemnatus sit.

Can. 16. Si quis secundum scelerosos haereticos in peremptione salvatis in Christo Deo essentialiter in unitione, et Sanctis Patribus pie praedicatis duabus voluntatibus et duabus operationibus, hoc est, divina et humana, dissensiones et divisiones insipienter mysterio dispensationis ejus innectit, et propterea evangelicas et

apostolicas de eodem salvatore voces non uni eidemque personae et essentialiter tribuit eidem ipsi Domino et Deo nostro Jesu Christo secundum beatum Cyrillum, ut ostendatur Deus esse et homo idem naturaliter, condemnatus sit.

Can. 17. Si quis secundum Sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem omnia, quae tradita sunt et praedicata Sanctae catholicae et apostolicae Dei ecclesiae, perindeque a Sanctis Patribus et venerandis universalibus quinque Conciliis usque ad unum apicem verbo et mente, condemnatus sit.

Can. 18. Si quis secundum Sanctos Patres consonanter nobis pariterque fide non respuit et anathematizat anima et ore omnes, quos respuit et anathematizat nefandissimos haereticos cum omnibus impiis eorum conscriptis usque ad unum apicem Sancta Dei ecclesia catholica et apostolica, hoc est, Sanctae et universales quinque synodi, et consonanter omnes probabiles ecclesiae Patres, id est, Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioscorum, Timotheum Aelurum, Severum, Theodosium, Colluthum, Themistium, Paulum Samosatenum, Diodorum, Theodorum, Nestorium, Theodulum Persam, Origenem, Didymum, Evagrium, et compendiose omnes reliquos haereticos, qui a catholica ecclesia reprobati atque abjecti sunt, quorum dogmata diabolicae operationis sunt genimina, et eos qui similia cum his usque ad finem obstinate sapuerunt, aut sapiunt, vel sapere sperantur, cum quibus merito, utpote similes eis parique errore praeditos: ex quibus dogmatizare noscuntur, proprioque errori vitam suam determinantes, hoc est, Theodorum quondam episcopum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Constantinopolitanum, vel ejus successores Pyrrhum et Paulum in sua perfidia permantes, et omnia impia illorum conscripta, et

eos qui similia cum illis usque in finem obstinate sapuerunt, aut sapiunt, vel sapere sperantur, hoc est, unam voluntatem et unam operationem deitatis et humanitatis Christi, et super haec impiissimam Ecthesim, quae persuasione ejusdem Sergii facta est ab Heraclio quondam imperatore adversus orthodoxam fidem, unam Christi Dei voluntatem, et unam ex concinnatione definientem operationem venerari; sed et omnia quae pro ea impie ab eis scripta vel acta sunt, et illos, qui eam suscipiunt, vel aliquid de his quae pro ea scripta vel acta sunt, et cum illis denuo scelerosum Typum, qui ex suasione praedicti Pauli nuper factus est a serenissimo principe Constantino imperatore contra catholicam ecclesiam, utpote duas naturales voluntates et operationes, divinam et humanam, quae a Sanctis Patribus in ipso Christo Deo vero et salvatore nostro pie praedicantur, cum una voluntate et operatione, quae ab haereticis impie in eo veneratur, pariter denegare et taciturnitate constringi promulgantem, et propterea cum Sanctis Patribus et scelerosos haereticos ab omni reprehensione et condemnatione injuste liberari definientem, in amputationem catholicae ecclesiae definitionum seu regulae. Si quis igitur, juxta quod dictum est, consonanter nobis omnia haec impiissima haereseos illorum dogmata, et ea quae pro illis aut in definitione eorum a quolibet impie conscripta sunt, et denominatos haereticos, Theodorum dicimus, Cyrum et Sergium, Pyrrhum et Paulum non respuit et anathematizat, utpote catholicae ecclesiae rebelles existentes: aut si quis aliquem de his qui ab illis vel similibus eorum in scripto vel sine scripto quocumque modo vel loco aut tempore temere depositi sunt aut condemnati, utpote similia eis minime credentem, sed Sanctorum Patrum nobiscum confitentem doctrinam, uti condemnatum habet aut omnino depositum, sed non arbitratur hujusmodi quicumque fuerit, hoc est,

sive episcopus, aut presbyter, vel diaconus, sive alterius cujuscumque ecclesiastici ordinis, aut monachus, vel laicus pium et orthodoxum, et catholicae ecclesiae propugnatorem, atque in ipso firmius consolidatum, in quo vocatus est a domino ordine, illos autem impios atque detestabilia eorum pro hoc judicia, vel sententias vacuas et invalidas atque infirmas, magis autem profanas et execrabiles vel reprobabiles arbitratur, hujusmodi condemnatus sit.

Can. 19. Si quis ea, quae scelerosi haeretici sapiunt, indubitanter professus atque intelligens, per inanem proterviam dicit haec pietatis esse dogmata, quae tradiderunt ab initio speculatores et ministri verbi, hoc est dicere, Sanctae et universales quinque synodi, calumnians utique ipsos Sanctos Patres, et memoratas Sanctas quinque synodos, in deceptione simplicium, vel susceptione suae profanae perfidiae, hujusmodi condemnatus sit.

Can. 20. Si quis secundum scelerosos haereticos quocumque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos removens illicite, quos posuerunt firmius Sancti catholicae ecclesiae Patres, id est, sanctae et universales quinque synodi, novitates temere exquirere, et fidei alterius expositiones, aut libellos, aut epistolas, aut conscripta, aut subscriptiones, aut testimonia falsa, aut synodos, aut gesta monumentorum, aut ordinationes vacuas et ecclesiasticae regulae incognitas, aut loci servaturas incongruas et irrationabiles, et compendiose, si quid aliquid impiissimis haereticis consuetum est agere, per diabolicam operationem tortuose et callide agit contra pias orthodoxorum catholicae ecclesiae, hoc est dicere, paternas ejus et synodales praedicationes, ad eversionem sincerissimae in Dominum Deum nostrum confessionis, et usque in finem sine poenitentia permanet haec impie agens, hujusmodi in saecula saeculorum condemnatus sit, et dicat omnis populus, fiat, fiat.

XXV. Symbolum fidei Concilii Toletani XI a. 675.

Hoc concilium dicitur authenticum ab Innocentio pp. in epistola ad Petrum Compostellanum.

Confitemur et credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum Deum naturaliter esse unius substantiae, unius naturae, unius quoque majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur: ipse enim a nullo originem ducit, ex quo et Filius nativitatem et Spiritus Sanctus processionem accepit: fons ergo ipse et origo est totius divinitatis. Ipse quoque Pater est essentiae suae, qui de ineffabili substantia Filium (al. Pater essentia quidem ineffabilis substantiae suae Filium) ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem: ab ipso est ergo omnis paternitas in coelo et in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante saecula natum, nec tamen factum esse fatemur: quia nec Pater sine Filio nec Filius aliquando extitit sine Patre: et tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio: quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio; Pater quidem Filii, non Deus de Filio: ille autem Filius Patris et Deus de Patre; aequalis tamen per omnia Filius Deo Patri: quia nec nasci coepit aliquando nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiae creditur, propter quod et ὁμοούσιος Patri dicitur, hoc est ejusdem cum Patre substantiae creditur: ὅμος enim graece unum, οὐσία vero substantia dicitur, quod utrumque conjunctum sonat, una substantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, id est, de substantia ejus, idem Filius genitus vel natus esse credendus est. Sempiternus ergo Pater, sempiternus et Filius. Quod si semper Pater fuit, semper habuit Filium, cui Pater esset: et ob hoc Filium

de Patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem Filium Dei, pro eo quod de Patre sit genitus, desectae naturae portiunculam nominamus; sed perfectum Patrem perfectum Filium sine diminutione, sine desectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inaequalem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei natura est Filius, non adoptione, quem Deus Pater nec voluntate nec necessitate genuisse credendus est; quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam praevenit. Spiritum quoque Sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque aequalem cum Deo Patre et Filio credimus esse Deum, unius substantiae, unius quoque esse naturae: non tamen genitum vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus Sanctus nec ingenitus nec genitus creditur; ne aut si ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus, aut si genitum, duos Filios praedicare monstremur: qui tamen nec Patris tantum, sed simul Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur; quia caritas sive sanctitas amborum agnoscitur. Hic igitur Spiritus Sanctus missus ab utrisque creditur; sed minor a Patre et Filio non habetur, sicut Filius propter assumptam carnem minorem se Patre et Spiritu Sancto esse testatur. Haec est Sanctae Trinitatis relata narratio: quae non triplex, sed Trinitas et dici et credi debet. Nec recte dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis vero personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Sanctus Spiritus ad utrosque refertur: quae cum relative tres personae dicantur, una tamen natura per substantiam creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias praedicamus, sed unam substantiam, tres autem personas. Quando enim Pater est, non ad se, sed ad

ilium est; et quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem
ıt: similiter et Spiritus Sanctus non ad se, sed ad Patrem
: Filium relative refertur: in eo quod Spiritus Patris
: Filii praedicatur. Item cum dicimus: Deus, non ad
iquid dicitur, sicut Pater ad Filium vel Filius ad Patrem,
ɜl Spiritus Sanctis ad Patrem et Filium, sed ad se
ɔecialiter dicitur Deus. Nam et si de singulis personis
terrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo
ater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus singulariter
citur: nec tamen tres dii, sed unus est Deus. Item
; Pater omnipotens et Filius omnipotens et Spiritus Sanctus
mnipotens singulariter dicitur; nec tamen tres omnipo-
ıntes, sed unus omnipotens, sicut et unum lumen, unum-
ne principium praedicatur. Singulariter ergo, ut una-
naeque persona plenus Deus et totae tres personae unus
ɔeus confitetur et creditur: una illis vel indivisa atque
ɜqualis Deitas, majestas sive potestas, nec minoratur
ı singulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid
abet, cum unaquaeque persona Deus singulariter dicitur,
ec amplius cum totae tres personae unus Deus enuntia-
ır. Haec ergo Sancta Trinitas, quae unus et verus est
ɔeus nec recedit a numero, nec capitur numero. In
ɜlatione enim personarum numerus cernitur; in divini-
ıtis vero substantia quid numeratum sit non comprehen-
itur. Ergo hoc solum numerum insinuant, quod ad in-
icem sunt; et in hoc numero carent, quod ad se sunt.
Iam ita huic Sancta Trinitate unum naturale convenit
omen, ut in tribus personis non possit esse plurale. Ob
oc ergo credimus illud in sacris litteris dictum: Magnus
ɔominus noster et magna virtus ejus et sapientiae ejus
on est numerus. Nec quia tres has personas esse dixi-
ıus unum Deum, eundem esse Patrem, quem Filium,
el eum esse Filium, qui est Pater, aut eum qui Spiritus
anctus est vel Patrem, vel Filium dicere poterimus. Non

enim ipse est Pater qui Filius; nec ipse Filius, qui Pater: nec Spiritus Sanctus ipse, qui est vel Pater vel Filius: cum tamen ipsum sit Pater quod Filius; ipsum Filius quod Pater; ipsum Pater et Filius quod Spiritus Sanctus: id est, naturae unius Deus. Cum enim dicimus non (nos) ipsum esse Patrem quod Filium; ipsum Filium quod Patrem; ipsum Spiritum Sanctum quod Patrem et Filium, ad naturam, qua Deus est, vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt: personas enim distinguimus, non deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus; unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt; natura scilicet, non persona: nec tamen tres istae personae separabiles aestimandae sunt; cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse, vel quidpiam operasse aliquando credatur: inseparabiles enim inveniuntur et in eo quod sunt et in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem et generatum Filium vel procedentem Spiritum Sanctum nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut genitor genitum aliquando praecederet, aut genitus genitori deesset, aut procedens Spiritus Patre vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis et inconfusa haec Trinitas a nobis et praedicatur et creditur. Tres igitur personae istae dicuntur, juxta quod majores definierunt, ut agnoscantur, non ut separentur. Nam si attendamus illud quod Scriptura Sancta dicit de Sapientia: Splendor est lucis aeternae: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhaerere, sic confitemur Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius et inseparabilis naturae personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus praedicamus. Ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam in his nominibus, quibus voluit sigillatim personas agnosci, unam sine altera

on permittat intelligi: nec enim Pater absque Filio cog-
oscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe
ɔsa vocabuli personalis personas separari vetat, quas
tiam dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo
utem audire potest unumquodque istorum nominum, in
uo non intelligere cogatur et alterum. Cum enim igitur
aec tria sint unum et unum tria, est tamen unicuique
ersonae manens sua proprietas. Pater enim aeternitatem
abet sine nativitate, Filius aeternitatem cum nativitate,
piritus vero Sanctus processionem sine nativitate. De
is tribus personis solam Filii personam pro liberatione
umani generis hominem verum sine peccato de Sancta
t immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse: do
ua novo ordine novaque nativitate est genitus; novo
rdine, quia invisibilis divinitate, visibilis monstratur in
arne: nova autem nativitate est genitus, quia intacta
irginitas et virilem coitum nescivit et foecundata per
piritum Sanctum carnis materiam ministravit. Qui par-
ıs Virginis nec ratione colligitur, nec exemplo monstra-
ır; quod si ratione colligitur, non potest esse mirabile;
i exemplo, non erit singulare. Nec tamen Spiritus Sanc-
ıs Pater esse credendus est Filii, pro eo quod Maria
odem Sancto Spiritu obumbrante concepit: ne duos Patres
'ilii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In
uo mirabili conceptu, aedificante sibi Sapientia domum,
'erbum caro factum est et habitavit in nobis. Nec tamen
'erbum ipsum ita in carne conversum atque mutatum
st, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset;
ed ita Verbum caro factum est, ut non tantum ibi sit
'erbum Dei et hominis caro, sed etiam rationalis homi-
ıis anima; atque hoc totum et Deus dicatur propter Deum
t homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credi-
nus esse naturas; unam divinitatis, alteram humanitatis:
ıuas ita in se una Christi persona univit, ut nec divinitas

ab humanitate, nec humanitas a divinitate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus et homo in unitate personae unius est Christus: nec tamen, quia duas diximus in Filio esse naturas, duas causabimus in eo esse personas; ne Trinitati, quod absit, accedere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam, et in aeternam personam divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Ita cum unius substantiae credamus esse Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personae suae assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati: quae forma illi ad unitatem personae cooptata est, id est, ut Filius Dei et Filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in duabus naturis, tribus extat substantiis: Verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est, corporis et animae, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in se geminam substantiam divinitatis suae et humanitatis nostrae. Hic tamen pro eo quod de Deo Patre sine initio prodit, natus tantum (nam neque factus, neque praedestinatus accipitur), per hoc tamen quod de Maria Virgine natus est, et natus et factus et praedestinatus esse credendus est. Ambae tamen in illo generationes mirabiles: quia et de Patre sine matre ante saecula est genitus et in fine saeculorum de matre sine patre est generatus: qui tamen secundum quod Deus est, creavit Mariam, secundum quod homo, creatus est a Maria: ipse et pater matris et filius. Item et per hoc quod Deus, est aequalis Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item et major et minor

seipso esse credendus est: in forma enim Dei etiam ipse Filius seipso major est, propter humanitatem assumptam, qua divinitas major est: in forma autem servi seipso minor est, id est, humanitate, quae minor divinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantum a Patre sed a seipso minor accipitur, ita secundum divinitatem coaequalis est Patri, et ipse et Pater major est homine, quem sola Filii persona assumpsit. Item in eo quod quaeritur, utrum posset Filius sic aequalis et minor esse Spiritu Sancto, sicut Patri nunc aequalis, nunc minor Patre creditur esse, respondemus: Secundum formam Dei aequalis est Patri et Spiritui Sancto, secundum formam servi minor est et Patre et Spiritu Sancto: quia nec Spiritus Sanctus nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre et Spiritu Sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona, ab homine autem assumpta (al. assumpto) natura. Item cum homine unus extat persona; cum Patre vero et Spiritu Sancto, natura divinitatis sive substantia. Missus tamen Filius non solum a Patre, sed ab Spiritu Sancto missus credendus est: in eo quod ipse per prophetam dicit: Et nunc Dominus misit me et Spiritus Sanctus. A seipso quoque missus accipitur: pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim qui ante saecula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est: unigenitus propter deitatis substantiam, primogenitus propter assumptae carnis naturam. In qua suscepti hominis forma juxta evangelicam veritatem sine peccato conceptus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum est factus, id est, sacrificium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam, salva divinitate sua, pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus et cruci veram carnis mortem excepit: tertio quoque die

virtute propria sua suscitatus a sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum. Nec in aërea vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) surrecturos nos credimus, sed in ista, qua vivimus, consistimus et movemur. Peracto hujus sanctae resurrectionis exemplo idem Dominus noster atque Salvator paternam ascendendo sedem repetiit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dextram Patris sedens, expectatur in finem saeculorum judex omnium vivorum et mortuorum. Inde cum Sanctis omnibus veniet ad faciendum judicium, reddere unicuique mercedis propriae debitum, prout quisque gesserit in corpore positus sive bonum, sive malum. Ecclesiam sane catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cujus gremium constituti unum baptisma credimus et confitemur in remissionem omnium peccatorum. Sub qua fide et resurrectionem mortuorum veraciter et credimus et futuri saeculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum nobis est et petendum, ut cum peracto finitoque judicio tradiderit Filius regnum Deo Patri, participes nos efficiat regni sui, ut per hanc fidem, qua illi inhaesimus, cum illo sine fine regnemus.

XXVI. Agathonis et Romanae Synodi 125 episcoporum epistola dogmatica ad imperatores.

Hanc epistolam Synodi VI Patres susceperunt, clamantes Petrum per Agathonem locutum esse. Post symbolum Nicaenum aliquantisper exornatum haec sequuntur.

Unum quippe eumdemque D. N. J. C., Filium Dei unigenitum, ex duabus et in duabus substantiis inconfuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter subsistere cognoscimus, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, sed potius salva proprietate utriusque naturae et in unam personam unamque subsistentiam concurrente,

on in dualitatem personarum dispertitum vel diversum, eque in unam compositam naturam confusum: sed unum umdemque Filium unigenitum, Deum Verbum, D. N. J. C. eque alium in alio, neque alium et alium, sed eundem ipsum ı duabus naturis, id est, in deitate et humanitate, et post ubsistentialem adunationem cognoscimus: quia neque Verum in carnis naturam conversum est, neque caro in 'erbi naturam transformata est: permansit enim utrumue quod naturaliter erat: differentiam quippe adunatarum ı eo naturarum sola contemplatione discernimus, ex uibus inconfuse, inseparabiliter et incommutabiliter est ompositus: unus enim ex utrisque et per unum utraque, uia simul sunt et altitudo deitatis et humilitas carnis, ervante utraque natura etiam post adunationem sine efectu proprietatem suam, et operante utraque forma cum lterius communione quod proprium habet: Verbo operante uod Verbi est, et carne exequente quod carnis est: uorum unum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis Leo papa epist. 15). Unde consequenter, sicut duas aturas, sive subsistentias, id est deitatem et humanitatem ıconfuse, indivise, incommutabiliter eum habere confiteıur, ita quoque et duas naturales voluntates et duas aturales operationes habere, utpote perfectum Deum et erfectum hominem unum eumdempue ipsum Dominum esum Christum pietatis nos regula instruit, quia hoc nos postolica et evangelica traditio, sanctorumque Patrum maisterium, quos Sancta apostolica atque catholica Ecclesia t venerabiles synodi suscipiunt, instituisse monstratur.

CXVII. Definitio Synodi VI, Constinopolitanae III a. 680.

Ἑπομένη τε τοῖς τε γίαις καὶ οἰκουμενικαῖς	Assecuti quoque sancta quinque universalia concilia

πέντε συνόδοις, καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ ἐγκρίτοις πατράσι, καὶ ἀμφώνως ὁρίζουσα ὁμολογεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος, τέλειον ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας· τὸν πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ᾽ ἐσχάτου δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου τῆς κυρίως καὶ κατὰ ἀληθείαν θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀχωρίστως, ἀδιαιρέτως γνω-

et sanctos atque probabiles Patres, consonanterque confiteri definientes Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum, unum de sancta et consubstantiali et vitae originem praebente Trinitate, perfectum in deitate, et perfectum eumdem in humanitate, Deum vere et hominem vere, eumdem ex anima rationali et corpore; consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato ante saecula quidem ex Patre genitum secundum deitatem, in ultimis diebus autem eumdem propter nostram salutem de Spiritu Sancto et Maria Virgine proprie et veraciter Dei genitrice secundum humanitatem, unum eumdemque Christum Filium Dei unigenitum, in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, inseparabiliter, indivise cognoscendum, nusquam extincta harum naturarum differentia propter unitionem, salvataque magis proprietate

ον οὐδαμοῦ τῆς τῶν
ν διαφορᾶς ἀνῃρη-
διὰ τὴν ἕνωσιν,
ένης δὲ μᾶλλον τῆς
τος ἑκατέρας φύ-
καὶ εἰς ἓν πρόσω-
καὶ μίαν ὑπόστασιν
χούσης· οὐκ εἰς δύο
πα μεριζόμενον ἢ
ύμενον, ἀλλ' ἕνα
ν αὐτὸν υἱὸν μονο-
θεοῦ λόγον κύριον
ν Χριστὸν, καθάπερ
ν οἱ προφῆται περὶ
, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς
ὁ Χριστὸς ἐξεπαί-
καὶ τὸ τῶν ἁγίων
ων ἡμῖν παραδέ-
σύμβολον· καὶ δύο
ς θελήσεις ἤτοι
ατα ἐν αὐτῷ, καὶ
σικὰς ἐνεργείας ἀδι-
ς, ἀτρέπτως, ἀμε-
, ἀσυγχύτως κατὰ
ῶν ἁγίων πατέρων
αλίαν ὡσαύτως κη-
ιεν· καὶ δύο μὲν
ὶ θελήματα οὐχ
τία, μὴ γένοιτο, κα-
ἀσεβεῖς ἔφησαν αἱ-
, ἀλλ' ἑπόμενον τὸ
πινον αὐτοῦ θέλημα,
ιῃ ἀντιπίπτον, ἢ
ιλαῖον, μᾶλλον μὲν

utriusque naturae, et in unam personam, et in unam subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum vel divisum, sed unum eumdemque unigenitum Filium Deum Verbum Dominum Jesum Christum, juxta quod olim prophetae de eo et ipse nos Dominus Jesus Christus erudivit, et Sanctorum Patrum nobis tradidit symbolum; et duas naturales voluntates in eo, et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum Sanctorum Patrum doctrinam adaeque praedicamus; et duas naturales voluntates non contrarias, absit, juxta quod impii asseruerunt haeretici, sed sequentem ejus humanam voluntatem, et non resistentem vel reluctantem sed potius et subjectam divinae ejus atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subjici vero voluntati divinae, juxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim ejus caro, caro Dei

οὖν καὶ ὑποτασσόμενον τῷ θείῳ αὐτοῦ καὶ πανσθενεῖ θελήματι· ἔδει γὰρ τὸ τῆς σαρκὸς θέλημα κινηθῆναι, ὑποταγῆναι δὲ τῷ θελήματι τῷ θείκῷ κατὰ τὸν πάνσοφον Ἀθανάσιον· ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτοῦ σὰρξ, σὰρξ τοῦ Θεοῦ λόγου λέγεται καὶ ἔστιν, οὕτω καὶ τὸ φυσικὸν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ θέλημα ἴδιον τοῦ Θεοῦ λόγου λέγεται καὶ ἔστι, καθά φησιν αὐτὸς· ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, ἴδιον λέγων θέλημα αὐτοῦ τὸ τῆς σαρκὸς, ἐπεὶ καὶ ἡ σὰρξ ἰδία αὐτοῦ γέγονεν· ὃν γὰρ τρόπον ἡ παναγία, καὶ ἄμωμος ἐψυχωμένη αὐτοῦ σὰρξ θεωθεῖσα οὐκ ἀνῃρέθη, ἀλλ' ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς ὅρῳ τε καὶ λόγῳ διέμεινεν, οὕτω καὶ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα θεωθὲν οὐκ ἀνῃρέθη, σέσωσται δὲ μᾶλλον κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον λέγοντα· τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν τοῦ κατὰ

Verbi dicitur et est,
naturalis carnis ejus
tas propria Dei Verl
tur et est, sicut ip
Quia descendi de
non ut faciam volu
meam, sed ejus, qu
me Patris, suam pı
dicens voluntatem, qu
carnis ejus. Nam
propria ejus facta est.
admodum enim sanc
atque immaculata
ejus caro deificata n
perempta, sed in
sui statu et ration
mansit: ita et humai
voluntas deificata, n
perempta, salvata est
magis secundum deil
Gregorium dicentem
illius velle, quod in
tore intelligitur, n
contrarium Deo, dei
totum. Duas vero na
operationes indivise
vertibiliter, inconfuse
parabiliter in eode
mino nostro Jesu
vero Deo glorificamu
est, divinam opera
et humanam opera
secundum divinum
catorem Leonem,

τὸν σωτῆρα νοουμένου, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον· δύο δὲ φυσικὰς ἐνεργείας ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀμερίστως, ἀσυγχύτως ἐν αὐτῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν δοξάζομεν, τουτέστι θείαν ἐνέργειαν καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν κατὰ τὸν θεηγόρον Λέοντα τρανέστατα φάσκοντα· ἐνέργει γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε, τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦτο, ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· οὐ γὰρ δήπου μίαν δώσομεν φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν Θεοῦ καὶ ποιήματος, ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν εἰς τὴν θείαν ἀναγάγωμεν οὐσίαν, μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρετον εἰς τὸν τοῖς γενητοῖς παρέποντα κατακάγωμεν τόπον· ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ πάθη γινώσκομεν κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο τῶν ἐξ ὧν ἐστι, φύσεων, καὶ ἐν αἷς τὸ εἶναι ἔχει

sime asserentem: Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei et creaturae, ut neque quod creatum est, in divinam educamus essentiam: neque quod eximium est divinae naturae, ad competentem creaturis locum dejiciamus. Unius enim ejusdemque tam miracula, quamque passiones cognoscimus, secundum aliud et aliud earum, ex quibus est, naturarum et in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes, brevi voce cuncta proferimus, unum sanctae Trinitatis, et post incarnationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, asserimus duas ejus esse naturas in una ejus radiantes subsistentia, in qua tam miracula, quamque passiones per omnem sui

ὡς ὁ θεσπέσιος ἔφησε Κύριλλος· πάντοθεν γοῦν τὸ ἀσύγχυτον, καὶ ἀδιαίρετον φυλάττοντες, συντόμῳ φωνῇ τὸ πᾶν ἐξαγγέλλομεν· ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ μετὰ σάρκωσιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν εἶναι πιστεύοντες, φαμὲν δύο αὐτοῦ τὰς φύσεις ἐν τῇ μιᾷ αὐτοῦ διαλαμπούσας ὑποστάσει, ἐν ᾗ τά τε θαύματα, καὶ τὰ παθήματα δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς οἰκονομικῆς ἀναστροφῆς, οὐ κατὰ φαντασίαν, ἀλλὰ ἀληθῶς ἐπεδείξατο, τῆς φυσικῆς ἐν αὐτῇ τῇ μιᾷ ὑποστάσει διαφορᾶς γνωριζομένης τῷ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἑκατέραν φύσιν θέλειν τε καὶ ἐνεργεῖν τὰ ἴδια· καθ' ὃν δὴ λόγον καὶ δύο φυσικὰ θελήματά τε καὶ ἐνεργείας δοξάζομεν πρὸς σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους καταλλήλων συντρέχοντα· τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε, καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυ-

dispensativam conversationem, non per phantasiam, sed veraciter demonstravit, ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cognoscendam, dum cum alterius communione utraque natura indivise, et inconfuse propria vellet, atque operaretur: juxta quam rationem, et duas naturales voluntates et operationes confitemur, ad salutem humani generis convenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni undique cautela atque diligentia a nobis formatis, definimus aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, componereve aut capere, vel etiam aliter docere. Qui vero praesumpserint fidem alteram componere, vel proferre, vel docere, vel tradere aliud symbolum volentibus converti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate vel Judaismo, aut ex qualibet haeresi; aut qui novitatem vocis, vel sermonis adinventionem ad subversionem eorum, quae nunc a nobis determinata sunt, introdu-

πωθέντων, ὁρίζομεν ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρως· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢ προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγοῦν ἐξ αἱρέσεως οἱασοῦν, ἢ καινοφωνίαν, ἤτοι λέξεως ἐφαίρεσιν πρὸς ἀνατροπὴν εἰσάγειν τῶν νυνὶ παρ' ἡμῶν διορισθέντων· τούτους εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες εἶεν ἢ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς.

cere: hos siquidem episcopi fuerint aut clerici, alienos esse, episcopos quidem ab episcopatu, clericos vero a clero: sin autem monachi fuerint vel laici, etiam anathematizari eos.

XXVIII. Definitio Synodi VII oecumenicae, Nicaenae II, a. 787.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, τὴν βασιλικὴν ὥσπερ ἐρχόμενοι τρίβον, ἐπακολουθοῦντες τῇ θεηγόρῳ δι-

His ita se habentibus, regiae quasi continuati semitae, sequentesque divinitus inspiratum Sanctorum

δασκαλίᾳ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· τοῦ γὰρ ἐν αὐτῇ οἰκήσαντος ἁγίου πνεύματος εἶναι ταύτην γινώσκομεν· ὁρίζομεν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ ἐμμελείᾳ, παραπλησίως τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἀνατίθεσθαι τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας, τὰς ἐκ χρημάτων καὶ ψηφῖδος καὶ ἑτέρας ὕλης ἐπιτηδείως ἐχούσης, ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις ἐν ἱεροῖς σκεύεσι καὶ ἐσθῆσι, τείχοις τε καὶ σανίσιν, οἴκοις τε καὶ ὁδοῖς· τῆς τε τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰκόνος, καὶ τῆς ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, τιμίων τε ἀγγέλων, καὶ πάντων ἁγίων καὶ ὁσίων ἀνδρῶν. Ὅσῳ γὰρ συνεχῶς δι' εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως ὁρῶνται, τοσοῦτον καὶ οἱ ταύτας θεώμενοι διανίστανται πρὸς τὴν τῶν πρωτοτύπων μνήμην τε καὶ ἐπιπόθησιν, καὶ ταύταις ἀσπασμὸν

Patrum nostrorum
terium, et catholica
tionem ecclesiae (n
ritus Sancti hanc e
vimus, qui nimirum
inhabitat) definimus i
certitudine ac dilige
cut figuram pretio
vivificae crucis, ita
biles ac sanctas i
proponendas, tam q
coloribus et tessellis
quae ex alia mater
gruenter in sanctis
clesiis, et sacris
vestibus, et in pa
ac tabulis, domibus
tam videlicet imagin
mini Dei et Salvatori
Jesu Christi, quan
meratae dominae
Sanctae Dei genitri
norabiliumque angelo
omnium Sanctorum
et almorum virorum.
enim frequentius pe
ginalem formationem
tur, tanto, qui has
plantur, alacrius er
ad primitivorum ear
moriam et desideri
osculum et ad hon
his adorationem tribu
Non tamen ad veram

καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν ἀπονέμειν, οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀληθινὴν λατρείαν, ἣ πρέπει μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει. Ἀλλ' ὃν τρόπον τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς ἀναθήμασι, καὶ θυμιασμάτων καὶ φώτων προσαγωγὴν πρὸς τὴν τούτων τιμὴν ποιεῖσθαι, καθὼς καὶ τοῖς ἀρχαίοις εὐσεβῶς εἴθισται. Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν.

quae secundum fidem est, quaecunque solam divinam naturam decet, impartiendam: ita ut istis, sicuti figurae pretiosae ac vivificae crucis, et sanctis evangeliis, et reliquis sacris monumentis: incensorum et luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum et antiquis piae consuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivum transit: et qui adorat imaginem, adorat in ea depicti subsistentiam.

XXIX. Concilii plenarii Francofordiensis 794 can. 1 adversus Felicem et Elipandum.

In primordio capitulorum exortum est de impia ac nefanda haeresi Elipandi, Toletanae sedis episcopi, et Felicis Orgelitanae eorumque sequacibus, qui male sentientes in Dei Filio asserebant adoptionem, quam omnes qui supra Sanctissimi Patres et respuentes una voce contradixerunt atque hanc haeresim funditus a Sancta Ecclesia eradicandem statuerunt.

Haec haeresis jam a. 785 ab Hadriano I in epistola ad episcopos Hispaniae rejecta fuerat, quae in Concilio Francofor-

diensi relecta est. Adfuere ejus legati Theophylactus et Ste nus. Idem error denique a Leone III in Synodo Romana a anathemate confixus est.

XXX. Decretum Nicolai I ad Bulgaros, c. 10

A quodam Judaeo nescitis, utrum Christianc pagano, multos in patria vestra baptizatos asseriti quid de iis sit agendum consulitis. Hi profecto s nomine Sanctae Trinitatis, vel tantum in Christi nor sicut in actibus apostolorum legimus, baptizati (unum quippe idemque est, ut Sanctus exponit Ambro constat eos non esse denuo baptizandos.

XXXI. Canones synodi VIII oecumenicae.

Actione I subscribit regulae fidei Hormisdae, quae su

Τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν τῆς θείας δικαιοσύνης ἀπροσκόπως βαδίζειν ἐθέλοντες, οἷόν τινας πυρσοὺς ἀειλαμπεῖς τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ὅρους κρατεῖν ὀφείλομεν· ταγαροῦν τοῦς ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ παραδοθέντας θεσμοῦς παρά τε τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, παρά τε ὀρθοδόξων σονόδων οἰκουμενικῶν τε καὶ τοπικῶν ἢ καὶ πρός τινος θεηγόρου

Can. 1. Ut rectam reg que divinae justitiae sine erroris offensa tenea sanctorum Patrum dec veluti inextinctae quae semperque lucentes sequenda sunt. Quapro sanctiones ecclesiae ca licae et apostolicae traditionem, tum a sa omnique laudis praec celebrandis apostolis, ab orthodoxis oecumen que et provincialibus ciliis, aut a quovis deil Patre et doctore eccle

πατρὸς διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας τηρεῖν καὶ φυλάττειν ὁμολογοῦμεν· κρατεῖν γὰρ τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβομεν εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῶν τῶν προγενεστέρως διαλαμψάντων ἁγίων, παρεγγυᾷ διαῤῥήδην Παῦλος ὁ μέγας ἀπόστολος.

acceptas, servandas custodiendasque profitemur. Traditiones enim sive per sermonem sive per epistolam majorum nostrorum, qui vitae sanctitate nobis praeluxerunt acceptas, diserte magnus apostolus Paulus tenendas monet.

Can. 3. Damnat Iconoclastas.

Τῆς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης μίαν ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν διδασκούσης ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντων τῶν θεηγόρων πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας τὴν αὐτὴν δόξαν κατεμπεδούντων, εἰοί τινες οἱ δύο ψυχὰς ἔχειν αὐτὸν. δοξάζοντες, καί τισιν ἀσυλλογίστοις ἐπιχειρήμασι τὴν ἰδίαν κρατύνουσιν αἵρεσιν· ἡ τοίνυν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος τοὺς τῆς τοιαύτης ἀσεβείας γεννήτορας καὶ τοὺς ὁμοφρονοῦντας αὐτοῖς ἀναθεματίζει μεγαλοφώνως· εἰ δέ τις τὰ ἐναντία τοῦ λοιποῦ τολμήσει λέγειν, ἀνάθεμα ἔστω.

Can. 10. Cum vetus novaque lex testamenti doceat, unicam homini eamque ratione et intelligentia pollentem esse animam, eamdemque sententiam deiloquorum omnium Patrum et doctorum ecclesiae doctrina confirmet; sunt tamen, qui duas homini esse animas asserant, et quibusdam vitiosis ratiocinatiunculis suam haeresim stabiliant. Itaque sancta haec et oecumenica synodus hujus impietatis conditores cum tota secta sua magna voce anathematizat. Qui vero posthac contraria dicere ausus fuerit, anathema esto.

Εἴ τις τοσαύτῃ τόλμῃ χρήσαιτο, ὥστε κατὰ τὸν Φώτιον καὶ Διόσκορον ἐγγράφως ἢ ἀγράφως παροινίας τινὰς κατὰ τῆς καθέδρας Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων κινεῖν, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δεχέσθω κατάκρισιν. εἰ δὲ συγκροτηθείσης συνόδου οἰκουμενικῆς γένηταί τις καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἀμφιβολία, ἔξεστιν εὐλαβῶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς διαπυνθάνεσθαι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος καὶ δέχεσθαι τὴν λύσιν καὶ ἢ ὠφελεῖσθαι, ἢ ὠφελεῖν· μὴ μέντοι θρασέως ἀποφέρεσθαι κατὰ τῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἱεραρχῶν.

Can. 13. Si quis tanta efferatus audacia quemadmodum Photius et Dioscorus, sive scripto, sive sine scripto insanias quasdam contra cathedram coryphaei apostolorum Petri audeat jactare, eamdem atque illi sententiam damnationis subeat. Si qua vero oecumenica synodo collecta, de Romana etiam ecclesia controversia extiterit, licebit cum decenti reverentia de proposita quaestione veneranter percontari, responsumque admittere et sive juvari, sive juvare, non tamen impudenter contra senioris Romae pontifices sententiam dicere.

XXXII. Capitula concilii I apud Carisiacum contra Gottescalcum habiti 849.

Cap. 1. Deus omnipotens hominem sine peccato rectum cum libero arbitrio condidit, et in paradiso posuit, quem in sanctitate justitiae permanere voluit. Homo libero arbitrio male utens peccavit et cecidit, et factus est massa perditionis totius humani generis. Deus autem bonus et justus elegit ex eadem massa perditionis secundum praescientiam suam, quos per gratiam praedestinavit ad vitam

et vitam illis praedestinavit aeternam: caeteros autem quos justitiae judicio in massa perditionis reliquit, perituros praescivit, sed non ut perirent praedestinavit: poenam autem illis, quia justus est, praedestinavit aeternam. Ac per hoc unam Dei praedestinationem tantummodo dicimus, quae aut ad donum pertinet gratiae aut ad retributionem justitiae.

Cap. 2. Libertatem arbitrii in primo homine perdidimus, quam per Christum Dominum nostrum recipimus: et habemus liberum arbitrium ad bonum, praeventum et adjutum gratia, et habemus liberum arbitrium ad malum, desertum gratia. Liberum autem habemus arbitrium, quia gratia liberatum et gratia de corrupto sanatum.

Cap. 3. Deus omnipotens omnes homines sine exceptione vult salvos fieri, licet non omnes salventur. Quod autem quidam salvantur, salvantis est donum: quod autem quidam pereunt, pereuntium est meritum.

Cap. 4. Christus Jesus D. N., sicut nullus homo est, fuit, vel erit, cujus natura in illo assumpta non fuerit, ita nullus est, fuit vel erit homo, pro quo passus non fuerit; licet non omnes passionis ejus mysterio redimantur. Quod vero omnes passionis ejus mysterio non redimantur, non respicit ad magnitudinem et pretii copiositatem, sed ad infidelium et ad non credentium ea fide, quae per dilectionem operatur, respicit partem; quia poculum humanae salutis, quod confectum est infirmitate nostra et virtute divina, habet quidem in se ut omnibus prosit: sed si non bibitur, non medetur.

XXXIII. Concilii Valentini a. 855 canones de praedestinatione adversus Joannem Scotum.

Can. 1. Quia doctorem gentium in fide et veritate fideliter commonentem obedienterque audimus: O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et

oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Et iterum: Profana autem et inaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem et sermo eorum ut cancer serpit. Et iterum: Stultas autem et sine disciplina quaestiones devita, sciens quia generant lites: servum autem Domini non oportet litigare. Et iterum: Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: paci, quantum Deus dederit, et caritati studere cupientes, attendentes pium ejusdem apostoli consilium, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, novitates vocum, et praesumptivas garrulitates, unde potius inter fratres contentionum et scandalorum fomes excitari potest, quam aedificatio ulla timoris Dei succrescere, cum studio omni devitamus. Indubitanter autem doctoribus pie et recte tractantibus verbum veritatis, ipsisque sacrae scripturae lucidissimis expositoribus, id est Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, caeterisque in catholica pietate quiescentibus, reverenter auditum, et obtemperanter intellectum submittimus, et pro viribus quae ad salutem nostram scripserunt amplectimur. Nam de praescientia Dei, et de praedestinatione, et de quaestionibus aliis, in quibus fratrum animi non parum scandalizati probantur, illud tantum firmissime tenendum esse credimus, quod ex maternis ecclesiae visceribus nos hausisse gaudemus.

Can. 2. Deum praescire et praescisse aeternaliter et bona, quae boni erant facturi, et mala, quae mali sunt gesturi, quia vocem scripturae dicentis habemus: Deus aeterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, fideliter tenemus, et placet tenere, bonos praescisse omnino per gratiam suam bonos futuros, et per eandem gratiam aeterna praemia accepturos: malos praescisse per propriam malitiam malos futuros, et per suam justitiam aeterna ultione damnandos: ut secundum

psalmistam, quia potestas Dei est, et Domini misericordia, ut reddat unicuique secundum opera sua. Et sicut apostolica doctrina se habet: His quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerunt, vitam aeternam: his autem, qui ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum. In eodem sensu idem alibi: In revelatione, inquit, Domini nostri Jesu Christi de coelo cum angelis virtutis ejus, in igne flammae dantis vindictam his, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt evangelio Domini nostri Jesu Christi, qui poenas dabunt in interitu aeternas, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Nec prorsus ulli malo praescientiam Dei imposuisse necessitatem, ut aliud esse non posset, sed quod ille futurus erat ex propria voluntate, ille sicuti Deus, qui novit omnia antequam fiant, praesciit, ex sua omnipotenti et incommutabili majestate. Nec ex praejudicio ejus aliquem; sed ex merito propriae iniquitatis credimus condemnari. Nec ipsos malos ideo perire, quia boni esse non potuerunt; sed quia boni esse noluerunt, suoque vitio in massa damnationis, vel merito originali, vel etiam actuali permanserunt.

Can. 3. Sed et de praedestinatione Dei placuit, et fideliter placuit, juxta auctoritatem apostolicam, quae dicit: An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam? ubi et statim subjungit: Quod si volens Deus ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae aptata sive praeparata in interitum, ut ostenderet divitias gratiae suae in vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam: fidenter fatemur praedestinationem electorum ad vitam, et praedestinationem impiorum ad

mortem: in electione tamen salvandorum misericordiam Dei praecedere meritum bonum: in damnatione autem periturorum meritum malum praecedere justum Dei judicium. Praedestinatione autem Deum ea tantum statuisse, quae ipse vel gratuita misericordia, vel justo judicio facturus erat, secundum scripturam dicentem: Qui fecit quae futura sunt: In malis vero ipsorum malitiam praescisse, quia ex ipsis est, non praedestinasse, quia ex illo non est. Poenam sane malum meritum eorum sequentem, uti Deum, qui omnia prospicit, praecivisse, et praedestinasse, quia justus est, apud quem est, ut sanctus Augustinus ait, de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa praescientia. Ad hoc siquidem fecit Sapientis dictum: Parata sunt derisoribus judicia, et mallei percutientes stultorum corporibus. De hac immobilitate praescientiae et praedestinationis Dei, per quam apud eum futura jam facta sunt, etiam apud Ecclesiasten bene intelligitur dictum: Cognovi quod omnia opera, quae fecit Deus, perseverent in perpetuum. Non possumus addere, nec aufferre, quae fecit Deus ut timeatur. Verum aliquos ad malum praedestinatos esse divina potestate, videlicet ut quasi aliud esse non possint, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione, sicut Arausica synodus, illis anathama dicimus.

Can. 4. Item de redemptione sanguinis Christi, propter nimium errorem, qui de hac causa exortus est, ita ut quidam, sicut eorum scripta indicant, etiam pro illis impiis, qui a mundi exordio usque ad passionem Domini in sua impietate mortui aeterna damnatione puniti sunt, effusum eum definiant, contra illud propheticum: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus inferne: illud nobis simpliciter et fideliter tenendum ac docendum placet, juxta evangelicam et apostolicam veritatem, quod pro

llis hoc datum pretium teneamus, de quibus ipse Dominus noster dicit: Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et Apostolus: Christus, inquit, semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Porro capitula quatuor, quae a concilio fratrum nostrorum minus prospecte suscepta sunt, propter inutilitatem vel etiam noxietatem, et errorem contrarium veritati: sed et alia XIX syllogismis ineptissime conclusa et licet jactetur, nulla saeculari literatura nitentia, in quibus commentum diaboli potius, quam argumentum aliquod fidei deprehenditur, a pio auditu fidelium penitus explodimus, et ut talia et similia caveantur per omnia auctoritate Spiritus Sancti interdicimus: novarum etiam rerum introductores, ne districtius feriantur, castigandos esse censemus.

Can. 5. Item firmissime tenendum credimus, quod omnis multitudo fidelium ex aqua et Spiritu Sancto regenerata, ac per hoc veraciter ecclesiae incorporata, et juxta doctrinam apostolicam in morte Christi baptizata, in ejus sanguine sit a peccatis suis abluta: quia nec in eis potuit esse vera regeneratio, nisi fieret et vera redemptio: cum in ecclesiae sacramentis nihil sit cassum, nihil ludificatorium, sed prorsus totum verum, et ipsa sui veritate ac sinceritate subnixum. Ex ipsa tamen multitudine fidelium et redemptorum, alios salvari aeterna salute, quia per gratiam Dei in redemptione sua fideliter permanent, ipsius Domini sui vocem in corde ferentes: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: alios, quia noluerunt permanere in salute fidei, quam initio acceperunt, redemptionisque gratiam potius irritam facere prava doctrina, vel vita, quam servare, elegerunt, ad plenitudinem

salutis, et ad perceptionem aeternae beatitudinis nullo modo pervenire. In utroque siquidem doctrinam pii doctoris habemus: Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et iterum: Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem. Et iterum: Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis hostia. Et iterum: Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratiae contumeliam fecerit?

Can. 6. Item de gratia, per quam salvantur credentes, et sine qua rationalis creatura nunquam beate vixit, et de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, sed per gratiam Domini Jesu fidelibus ejus redintegrato et sanato, idipsum constantissimi et fide plena fatemur, quod sanctissimi patres auctoritate sacrarum scripturarum nobis tenendum reliquerunt; quod Africana, quod Arausica synodus professa est, quod beatissimi pontifices apostolicae sedis catholica fide tenuerunt: sed et de natura et gratia, in aliam partem nullo modo declinare praesumentes. Ineptas autem quaestiunculas, et aniles pene fabulas, Scotorumque pultes puritati fidei nauseam inferentes, quae periculosissimis et gravissimis temporibus, ad cumulum laborum nostrorum, usque ad scissionem caritatis miserabiliter et lacrymabiliter succreverunt, ne mentes christianae inde corrumpantur, et excidant a simplicitate et castitate fidei, quae est in Christo Jesu, penitus respuimus, et ut fraterna caritas cavendo a talibus auditum castiget, Domini Christi amore monemus. Recordetur fraternitas malis mundi

ravissimis se urgeri, messe nimia iniquorum, et paleis ıvium hominum se durissime suffocari. Haec vincere ırveat, haec corrigere laboret, et superfluis coetum pie olentium et gementium non oneret: sed potius certa et era fide, quod a Sanctis Patribus de his et similibus ufficienter prosecutum est, amplectatur.

Canones isti a Tullensi synodi I apud Saponarias a 859 ıscepti sunt atque iterati. Non est negandum eos contra capitula arisiaca directos fuisse. Cum vero tota differentia inde exorta sset, quod diverso sensu duas vel unam praedestinationem icendum esse putarent patres utriusque concilii, quodque 'alentini Hincmarum, Carisiaci conventus praesidem, Johannis ooti erroribus favere putarent, mox detecto errore ambae partes ı Tullensi concilio II apud Tusiacum a 860 convenientes, oncordiam inierunt et epistolam synodalem ab Hincmaro concriptam susceperunt. Si quis etiam attento animo canones perıgerit, facile videbit totam differentiam in terminis constare.

XXXIV. Definitiones contra Berengarium.

Berengarius damnatus est a S. Leone IX in conciliis, :omano 1050 et Vercellensi 1050, a Victore II in Florentina ynodo 1055, a Nicolao II in Romana 1059, a S. Gregorio VII ı duobus conciliis Romanis 1078 et 1079. In hac postrema anc formulam subscribere compulsus est, postquam pluries el judices deluserat, vel ad vomitum redierat.

Ego Berengarius corde credo et ore confiteor, panem t vinum, quae ponuntur in altaria, per mysterium sacrae rationis et verba nostri Redemptoris substantialiter conerti in veram et propriam ac vivificatricem carnem et anguinem Domini nostri Jesu Christi et post consecraionem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine et quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, et quod sedet ad dexteram Patris, et verum sanguinem Christi, qui de latere ejus effusus est, non tanum per signum et virtutem Sacramenti, sed in proprietate

naturae et veritate substantiae sicut in hoc brevi continetur et ego legi et vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia.

XXXV. Capitula Abaelardi a Concilio Senonensi a. 1140 et ab Innocentio II damnata.

1. Quod Pater sit plena potentia, Filius quaedam potentia, Spiritus Sanctus nulla potentia.

2. Quod Spiritus Sanctus non sit de substantia Patris, aut Filii.

3. Quod Spiritus Sanctus sit anima mundi.

4. Quod Christus non adsumpsit carnem, ut nos a jugo diaboli liberaret.

5. Quod nec Deus et homo, neque haec persona, quae Christus est, sit tertia persona in Trinitate.

6. Quod liberum arbitrium per se sufficit ad aliquod bonum.

7. Quod ea solummodo possit Deus facere vel dimittere, vel eo modo tantum, vel eo tempore quo facit et non alio.

8. Quod Deus nec debeat nec possit mala impedire.

9. Quod non contraximus culpam ex Adam, sed poenam tantum.

10. Quod non peccaverunt, qui Christum ignorantes crucifixerunt, et quod non culpae adscribendum est quidquid fit per ignorantiam.

11. Quod in Christo non fuerit spiritus timoris Domini.

12. Quod potestas ligandi atque solvendi apostolis tantum data sit, non successoribus.

13. Quod propter opera nec melior, nec pejor efficiatur homo.

14. Quod ad Patrem, qui ab animo non est, proprie, specialiter attineat operatio, non etiam sapientia et nignitas.

15. Quod etiam castus timor excludatur a futura vita.

16. Quod diabolus immittat suggestionem per operanem lapidum vel herbarum.

17. Quod adventus in fine saeculi possit attribui tri.

18. Quod anima Christi per se non descendit ad eros, sed per potentiam tantum.

19. Quod nec opus, nec voluntas, neque concupisntia, neque delectatio, cum movet eam, peccatum sit, e debemus velle eam extinguere.

Innocentius II ita ad synodam rescribit:

Nos itaque, qui in cathedra Sancti Petri, cui a Dono dictum est: Et tu aliquando confirma fratres tuos, et indigni, residere conspicimus, communicato fratrum strorum episcoporum cardinalium consilio, destinata bis a vestra discretione capitula et universa ipsius tri dogmata sanctorum canonum auctoritate, cum suo ctore damnavimus, eique tanquam haeretico perpetuum entium imposuimus. Universos quoque erroris sui ctatores et defensores a fidelium consortio sequestrans et excommunicationis vinculo innodandos esse cenmus.

XXVI. Concilii Rhemensis, a. 1148 ab Eugenio III lebrati, professio fidei contra Gilbertum Porretanum.

Credimus et confitemur simplicem naturam divinitatis se Deum, nec aliquo sensu catholico posse negari, quin vinitas sit Deus et Deus divinitas. Sicubi vero dicitur: omini sapientia sapientem, magnitudine magnum, divitate Deum esse et alia hujusmodi: credimus non nisi

ea sapientia, quae est ipse Deus, sapientem esse; nonnisi ea magnitudine, quae est ipse Deus magnum esse; nonnisi ea aeternitate, quae est ipse Deus, aeternum esse; nonnisi ea unitate unum, quae est ipse; nonnisi ea divinitate Deum quae est ipse: idest, seipso sapientem, magnum, aeternum, unum Deum.

Cum de tribus personis loquimur, Patre et Filio et Spiritu Sancto, ipsas unum Deum, unam divinam substantiam esse fatemur. Et e converso cum de uno Deo, una divina substantia loquimur: ipsum unum Deum, unam divinam substantiam esse tres personas confitemur.

Credimus et confitemur solum Deum, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum aeternum esse, nec aliquas omnino res, sive relationes, sive proprietates, sive singularitates vel unitates dicantur, vel alia hujusmodi, adesse Deo, quae sint ab aeterno et non sint Deus.

Credimus et confitemur ipsam divinitatem sive substantiam divinam, sive naturam divinam dicas, incarnatam esse, sed in Filio.

XXXVII. Alexandri III decreta de solvendo matrimonio non consummato ob professionem religiosam.

C. 2 de conversione conjugatorum l. 3 Decr.

Verum post consensum legitimum de praesenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium, (sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commistio non intervenerit inter eos: et alteri remanenti (si commonitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et alter in saeculo remanere.

C. 7 „Ex publico“ eodem titulo.

Sane quod Dominus in evangelio dicit, non licere iro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, ıtelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, e his quorum matrimonium carnali cópula est consumıatum, sine qua consummari non potest.

XXXVIII. Innocentii III decreta quaedam.

A. C. 2 de presbytero non baptizato.

Apostolicam sedem consulere decrevisti: Inquisitioni ıae taliter respondemus presbyterum, quem sine unda aptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in anctae matris ecclesiae fide, et Christi nominis confesione perseveraverit, ab originali peccato solutum, et oelestis patriae gaudium esse adeptum, asserimus incuncanter. Lege super octavum librum Augustum de civitate)ei, ubi inter caetera legitur: Baptismus invisibiliter ıinistratur, quem non contemptus religionis, sed terıinus necessitatis excludit. Librum etiam beati Amrosii de obitu Valentiniani, idem asserentis, revolve. ıopitis igitur quaestionibus doctorum, Patrum sententias ɜneas, et in ecclesia tua juges preces, hostiasque Deo fferri jubeas pro presbytero memorato.

B. C. 7 de divortiis.

Quanto te novimus in canonico jure peritum: Sane ıa Fraternitas intimavit, quod altero conjugum ad haereim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat onvolare: quod utrum possit fieri, per tuas nos duxisti teras consulendos. Nos igitur consultationi tuae respondeıs distinguimus, licet quidam praedecessor noster sensisse liter videatur, an ex duobus infidelibus alter ad fidem atholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus alter la-

batur in haeresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium conjugum, ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit: et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi. Et canonem etiam in quo dicitur: Contumelia creatoris solvit jus matrimoniii circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium conjugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is qui relinquitur, vivente altero possit ad secundas nuptias convolare, licet in hoc casu major appareat contumelia creatoris. Nam etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum et ratum existit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo durante perduret. Nec obstat, quod a quibusdam forsan objicitur, quod fidelis relictus non debeat jure suo sine culpa privari: cum in multis casibus hoc contingat, ut, si alter conjugum incidatur. Per hanc responsionem quorundam malitiae obviatur, qui in odium conjugum, vel quando sibi invicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent haeresim, ut ab ipsa (nubentibus conjugibus) resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa solvitur quaestio, qua quaeritur, utrum ad eum, qui ab haeresi vel infidelitate revertitur, is qui permansit in fide, redire cogatur.

C. C. 8 de divortiis.

Gaudemus in Domino: Utrum pagani uxores accipientes in secundo, vel tertio, vel ulteriore gradu sibi

onjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam
nsimul remanere, vel ab invicem separari, edoceri per
criptum Apostolicum postulasti. Super quo taliter respon-
emus, quod cum sacramentum conjugii apud fideles
t infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus
icens: Si quis frater infidelem habet uxorem, et haec con-
entit habitare cum eo, non illam dimittat: et in prae-
issis gradibus a paganis quoad eos matrimonium licite
it contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur:
uid enim ad nos (secundum Apostolum eundem) de his
uae foris sunt, judicare in favorem praesertim Christianae
eligionis et fidei, a cujus perceptione per uxores se de-
eri timentes viri possunt facile revocari: fideles hujus-
nodi matrimonaliter copulati libere possunt et licite rema-
ere conjuncti, cum per sacramentum baptismi non sol-
antur conjugia, sed crimina dimittantur. Quia vero
agani circa plures insimul foeminas affectum dividunt
onjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam
x omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur:
Verum absonum hoc videtur, et inimicum fidei Christianae,
um ab initio una costa in unam foeminam sit conversa:
t Scriptura divina testetur, quod propter hoc relinquet
omo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt
uo in carne una: non dixit tres vel plures, sed duo:
ec dixit, adhaerebit uxoribus, sed uxori: Nec ulli unquam
icuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divina
evelatione concessum, quae mos quandoque, interdum
tiam fas censetur, per quam sicut Jacob a mendacio,
sraelitae a furto, et Samson ab homicidio, sic et Patriarchae
t alii viri justi, qui plures leguntur simul habuisse uxores,
b adulterio excusantur. Sane veridica haec sententia
robatur etiam de testimonio Veritatis testantis in Evan-
elio: Quicunque dimiserit uxorem suam ob fornicationem,
t aliam duxerit, moechatur. Si ergo uxore dimissa, duci alia

de jure non potest, fortius et ipsa retenta: per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque sexu cum non ad imparia judicentur, circa matrimonium reprobandum. Quia autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiamsi consensit, non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum petrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamvis de injusta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum Apostolum frater aut soror non est hujusmodi subjectus servituti. Quod si conversum ad fidem, et illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Quamvis quoque secundum evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, moechatur: non tamen dimissor poterit objicere fornicationem dimissae, pro eo, quod nupsit alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata.

D. C. 14 „Ex parte" de conversione conjugatorum.

Nos tamen nolentes a praedecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, reliquo inconsulto, ad religionem transire, ita quod reliquus extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus observandum.

XXXIX. Concilii Lateranensis IV a. 1215 canones.

A. Definitio de summa Trinitate et fide catholica.

Cap. 1. Firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, aeternus, immensus et

incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, et ineffabilis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus: tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino: Pater a nullo, Filius a Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: absque initio, semper ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, et Spiritus Sanctus procedens: consubstantiales et coaequales, et coomnipotentes et coaeterni: unum universorum principium: creator omnium visibilium et invisibilium, spiritualium et corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem: angelicam videlicet et mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. Diabolus enim et alii daemones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione peccavit. Haec Sancta Trinitas secundum communem essentiam individua, et secundum personales proprietates discreta, primo per Moysen et Sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem unigenitus Dei Filius Jesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper Virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali et humana carne compositus, una in duabus naturis persona, viam vitae manifestius demonstravit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis et impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis et passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus et mortuus, descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, et ascendit in coelum: sed descendit in anima, et resurrexit in carne: ascenditque pariter in utroque: venturus in fine seculi, judicaturus vivos et mortuos, et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis: qui omnes

cum suis propriis resurgent corporibus, quae nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua sive bona fuerint, sive mala: illi cum diabolo poenam perpetuam, et isti cum Christo gloriam sempiternam.

Una vero est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificium Jesus Christus: cujus corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis plane in corpus, et vino in sanguinem, potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus, secundum claves Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Jesus Christus. Sacramentum vero baptismi (quod ad Dei invocationem et individuae Trinitatis, videlicet Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, consecratur in aqua) tam parvulis, quam adultis in forma Ecclesiae a quocunque rite collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper poenitentiam reparari. Non solum autem virgines et continentes, verum etiam conjugati, per rectam fidem et operationem bonam placentes Deo, ad aeternam merentur beatitudinem pervenire.

Cap. 2. Damnamus ergo et reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum, de unitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum haereticum et insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis, quoniam quaedam summa res est Pater, Filius et Spiritus Sanctus, et illa non est generans, neque genita, neque procedens: unde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, et illam communem essentiam quasi quartam: manifeste protestans, quod nulla res

est, quae sit Pater, et Filius et Spiritus Sanctus; nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamvis concedat, quod Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus sunt una essentia, non substantia, unaque natura: verum unitatem hujusmodi non veram et propriam, sed quasi collectivam et similitudinariam esse fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, et multi fideles una Ecclesia juxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una: et: Qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum illo. Item: Ille qui plantat, et qui rigat, unum sunt: et: Omnes unum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, et populus tuus, unum sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Evangelio: Volo, Pater, ut sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus, ut sint consummati in unum. Non enim (ut ait) fideles Christi sunt unum, i. e. quaedam una res, quae communis sit omnibus, sed hoc modo sunt unum, id est, una Ecclesia, propter catholicae fidei unitatem, et tandem unum regnum, propter unionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Joannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sunt, qui testimonium dant in coelo: Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Statimque subjungitur: Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua et sanguis: et hi tres unum sunt: sicut in quibusdam codicibus invenitur. Nos autem sacro approbante Concilio, credimus et confitemur cum Petro Lombardo, quod una quaedam summa res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, quae veraciter est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus; tres simul personae, ac sigillatim quaelibet earundem: et ideo in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas: quia quaelibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina: quae sola est universorum principium,

praeter quod aliud inveniri non potest: et illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus Sanctus, qui procedit: ut distinctiones sint in personis, et unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud: sed id, quod est Pater, est Filius, et Spiritus Sanctus idem omnino; ut secundum orthodoxam et catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab aeterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, majus omnibus est. Ac dici non potest, quod partem substantiae suae illi dederit, et partem ipse sibi retinuerit: cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo, quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit: et ita Pater et Filius habent eandem substantiam: et sic eadem res est Pater et Filius, nec non et Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Cum vero Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: Volo (inquiens) ut ipsi sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus: hoc nomen unum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis vero divinis, ut attendatur identitatis unitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: Estote perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est, ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiae, sicut Pater vester coelestis perfectus est perfectione naturae, utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem et creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam praefati Joachim in hac parte defendere vel approbare praesumpserit, tan-

am haereticus ab omnibus evitetur. In nullo tamen
ɔpter hoc Florenti monasterio (cujus ipse Joachim ex-
ɜrit institutor) volumus derogari: quoniam ibi et regu-
is est institutio, et observantia salutaris: maxime, cum
ıe Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit,
ɔostolicae sedis judicio approbanda, seu etiam corrigenda,
ıtans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua
niter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana
ıet ecclesia, quae (disponente Domino) cunctorum fide-
m mater est et magistra. Reprobamus etiam et condem-
mus perversissimum dogma impii Almarici, cujus men-
n sic pater mendacii excaecavit, ut ejus doctrina non
n haeretica, quam insana sit censenda.

B. Can. 41. L. 2 Decretal. tit. 26 de praescriptionibus c. 20.

Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est,
nodali judicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona
e praescriptio tam canonica quam civilis, cum genera-
ɜr sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum,
ae absque mortali peccato non potest observari. Unde
ortet, ut qui praescribit in nulla temporis parte rei
beat conscientiam alienae.

C. Can. 3. dogmaticus contra Waldenses.

Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus
ıxta quod ait Apostolus) abnegantes, auctoritatem sibi
ıdicant praedicandi, cum ipse Apostolus dicat: Quo-
ɔdo praedicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti,
l non missi, praeter auctoritatem ab Apostolica Sede
l catholico episcopo loci susceptam, publice vel privatim
aedicationis officium usurpare praesumpserint, excommu-
cationis vinculo innodentur: et nisi quantocius resipue-
ıt, alia competenti poena plectantur.

D. Celeberrimus canon 21 de confessione annua et communione Paschali.

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam studeat propriis viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur et moriens christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quispiam ignorantiae caecitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit ab solvere vel ligare.

XL. Definitio synodi oecumenicae Lugdunensis II a. 1274 de processione Spiritus Sancti.

Fideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus Sanctus aeternaliter ex Patre et Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit: hoc professa est hactenus, pradicavit et docuit, hoc firmiter tenet et praedicat, profitetur et docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium et magistra: hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum, pariter et Graecorum incommutabilis et vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis praemissae veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi: Nos hujusmodi erroribus viam praecludere cupientes, hoc sacro approbante concilio, damnamus et reprobamus omnes, qui negare

praesumpserint, aeternaliter Spiritum Sanctum ex Patre et Filio procedere: sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex uno, procedat.

XLI. Confessio fidei Michaelis Palaeologi, ipsi a Clemente IV a 1267 proposita et ab ipso in concilio oecumenico Lugdunensi II 1274 Gregorio X oblata.

Credimus sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum Deum omnipotentem totamque in Trinitate deitatem coessentialem et consubstantialem, coaeternam, et coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis et majestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, quae sunt in coelo et in terra, visibilia, invisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in Trinitate personam, unum verum Deum, plenum et perfectum. Credimus ipsum Filium Dei, Verbum Dei, aeternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, et aequalem per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto ex Maria semper Virgine, cum anima rationali; duas habentem nativitates, unam ex Patre nativitatem aeternam, alteram ex matre temporalem: Deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum, nec phantasticum, sed unum et unicum Filium Dei, in duabus et ex duabus naturis, divina scilicet et humana, in unius personae singularitate, impassibilem et immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis et salute nostra passum vera carnis passione, mortuum et sepultum, et descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrectione: die quadragesima post resurrectionem cum carne, qua resur-

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

corporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decesserunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. Ipsa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

rporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, nt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem anias qui in mortali peccato, vel cum solo originali decent, mox in infernum descendere, poenis tamen dispariis puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum is corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis tionem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana clesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum ilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est cramentum confirmationis, quod per manuum impositionem iscopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenintia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud t matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum ctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacraentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana clesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis re transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem omini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, iod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una ulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo atrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et rtias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si imdimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. sa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum imatum et principatum super universam ecclesiam cathoam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro postolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex t successor, cum potestatis plenitudine recepisse verater et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tener fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae erint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam test gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

corporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. Ipsa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

corporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. Ipsa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

corporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. Ipsa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

rexit, et anima ascendisse in coelum, et sedere ad dextram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credimus et Spiritum Sanctum, plenum et perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coaequalem, et consubstantialem, et coomnipotentem, et coaeternum per omnia Patri et Filio. Credimus hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unicum Deum, omnipotentem, aeternum et invisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur sanctum baptisma et vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem hujus carnis, quam nunc gestamus, et vitam aeternam. Credimus etiam novi et veteris testamenti, legis, ac prophetarum et apostolorum, unum esse authorem Deum ac Dominum omnipotentem. Haec est vera fides catholica, et hanc in supradictis articulis tenet et praedicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia introductos, dicit et praedicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum consequi veniam peccatorum. Quod si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis, seu catharteriis, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: et ad poenas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes

corporibus, vel eisdem exutae, prout superius dictum est, sunt purgatae, mox in coelum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, et firmiter asseverat, quod nihilominus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de propriis factis rationem. Tenet etiam et docet eadem Sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est poenitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quae secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiae ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus et vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures viros uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluto vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, et tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obsistat. Ipsa quoque Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere: sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum

forum pertinentibus appellare: et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest judicium recurri: et eidem omnes ecclesiae sunt subjectae, ipsarum praelati obedientiam et reverentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias ceteras ad solicitudinis partem admittit; quarum multas et patriarchales praecipue, diversis privilegiis eadem Romana ecclesia honoravit, sua tamen observata praerogativa tum in generalibus conciliis, tum in aliquibus aliis semper salva.

XLII. Errores Guillelmi de Sancto Amore damnati ab Alexandro IV a. 1256 per Constitutiones „Veri solis radius" 16 Kal. Nov. et „Multa cordis amaritudine" 12 Kal. Nov. et alia diplomata.

1. Quod F. F. Praedicatores et Minores in statu et via salvandorum non erant; nec meritoria et salutifera existebat eorum mendicitas et paupertas: cum deberent valetudine corporali et aliis justis impedimentis cessantibus, propriis manibus operari, sub spe alieni subsidii non torpendo . . .

2. Quodque de licentia vel commissione Romani Pontificis seu dioecesanorum episcoporum praedicationis exercere officium et confessiones audire libere non valebant, tamquam per hoc sacerdotibus parochialibus praejudicium inferretur.

XLIII. Errores Fraticellorum damnati a. Johanne XXII constitutione edita a. 1318, cujus verba haec sunt:

1. Primus itaque error, qui de illorum officina tenebrosa prorumpit, duas fingit ecclesias, unam carnalem, divitiis pressam, effluentem deliciis, sceleribus maculatam, cui Romanum praesulem aliosque inferiores praelatos dominari asserunt: aliam spiritualem, frugalitate mundam,

rtute decoram, paupertate succinctam, in qua ipsi soli rumque complices continentur, cui etiam ipsi spiritualis tae merito principantur.

2. Secundus error, quo praedictorum insolentium nscientia maculatur, venerabilis Ecclesiae sacerdotes, iosque ministros sic jurisdictionis et ordinis clamitat ctoritate desertos, ut nec sententias ferre, nec sacraenta conficere, nec subjectum populum instruere valeant l docere, illos fingentes omni ecclesiastica potestate ivatos, quos a sua perfidia viderent alienos: quia apud sos solos (ut ipsi somniant) sicut spiritualis vitae sancas, sic auctoritas perseverat.

3. Tertius istorum error in Waldensium errore conrat, quoniam et ii et illi in nullum eventum asserunt re jurandum, dogmatizantes mortalis criminis contagione llui et poena teneri, quos contigerit juramenti religione nstringi.

4. Quarta hujusmodi impiorum blasphemia de praectorum Waldensium venenato fonte prorumpens, sacertes rite etiam et legitime secundum formam ecclesiae dinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse nficere vel conferre ecclesiastica sacramenta confingit.

5. Quintus error sic istorum hominum mentes execat, ut evangelium Christi in se solis hoc in tempore serant esse completum, quod hactemus (ut ipsi somniant) jectum fuerat, imo prorsus extinctum.

LIV. Johannis XII Constitutio „Cum inter nonnullos" de paupertate Christi.

Cum inter nonnullos viros scholasticos saepe congat in dubium revocari, utrum pertinaciter affirmare, sdemptorem nostrum ac Dominum Jesum Christum ejusie apostolos in speciale non habuisse aliqua nec in mmuni, etiam haereticum sit censendum, diversa et

adversa etiam sentientibus circa illud: Nos huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem hujusmodi pertinacem, cum Scripturae Sacrae, quae in plerisque locis ipsos habuisse nonnulla asserit, contradicat expresse, ipsamque Scripturam Sacram, per quam utique fidei orthodoxae probantur articuli, quoad praemissa fermentum aperte supponat continere mendacii, ac per consequens, quantum in ea est, ejus in totum fidem evacuans, fidem catholicam reddat, ejus prolationem adimens, dubiam et incertam; deinceps erroneam fore censendam et haereticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rursus in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro ejusque apostolis, iis, quae ipsos habuisse Scriptura testatur, nequaquam jus ipsius utendi competierit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint; aut ex ipsis alia acquirendi, quae tamen ipsos de praemissis fecisse Scriptura testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse; cum talis assertio ipsorum usum et gesta evidenter includat in praemissis non justa: quod utique de usu gestis seu factis Redemptoris nostri Filii Dei sentire nefas est, Sacrae Scripturae contrarium et doctrinae catholicae inimicum: assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio, deinceps erroneam fore censendam merito ae haereticam declaramus.

Quomodo haec Johannis XXII definitio non obstet constitutioni Nicolai III „Exiit qui seminat seminare“ vide apud Natalem Alex. Hist. Eccl. saec. XIII et XIV. diss. 11 art. 1.

XLV. Errores Joannis de Polliaco damnati a Joanne XXII a. 1320. Extrav. Comm. l. 5 tit. 3 de haereticis c. 2 Vas electionis.

1. Quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti.

2. Quod stante „Omnis utriusque sexus“ edicto in concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Imo nec Deus posset hoc facere; quia implicat contradictionem.

3. Quod papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem; imo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse proprium curatum.

XLVI. Joannis XXII Constitutio, qua damnantur errores Marsilii Patavini et Joannis de Jauduno 4 Kal. Nov. 1327.

1. Quod illud quod de Christo legitur in evangelio B. Matthaei, quod ipse solvit tributum Caesari, quando staterem, sumptum ex ore piscis, illis qui petebant didrachma jussit dari, hoc fecit non condescensive e liberalitate suae pietatis, sed necessitate coactus.

[Inde conludebat secundum Bullam:

Quod omnia temporalia Ecclesiae subsunt imperatori et ea potest accipere velut sua].

2. Quod B. Petrus Apostolus non plus auctoritatis habuit, quam alii apostoli habuerunt, nec aliorum apostolorum fuit caput. Item quod Christus nullum caput dimisit Ecclesiae, nec aliquem vicarium suum fecit.

3. Quod ad imperatorem spectat, papam instituere et destituere ac punire.

4. Quod omnes sacerdotes, sive sit papa, sive archiepiscopus, sive sacerdos simplex, sunt ex institutione Christi auctoritatis et jurisdictionis aequalis.

5. Quod tota Ecclesia simul juncta nullum hominem punire potest punitione coactiva, nisi concedat hoc imperator.

Articulos praedictos . . . velut sacrae scripturae contrarios et fidei catholicae inimicos, haereticas, seu haereticales et erroneos necnon et praedictos Marsilium et Joannem haereticos, imo haeresiarchas fore manifestos et notorios sententialiter declaramus.

XLVII. Propositiones Ekkardi a. 1329 damnatae a Joanne XXII.

1. Quod Deus non potuit primo producere mundum, quia res non potest agere antequam sit; unde quam cito Deus fuit, tam cito mundum creavit.

2. Concedi posse quod mundus ab aeterno fuerit.

3. Quod simul et semel quando Deus fuit, quando filium sibi coaeternum per omnia coaequalem Deum genuit, etiam mundum creavit.

4. In omni opere etiam malo, tam culpae quam poenae, manifestari et relucere aequaliter gloriam Dei.

5. Quod vituperans quempiam ipso peccato vituperii laudat Deum et quo plus vituperat et gravius peccat, amplius Deum laudat.

6. Deum blasphemia laudari.

7. Eum qui orando singulare aliquid ac determinatum petit, malum petere et male, quia negationem boni et negationem Dei petit, et orat Deum sibi negari.

8. In illis hominibus honorari Deum, qui non intendunt res, nec honores, nec utilitatem, nec devotionem internam, nec sanitatem, nec praemium, nec regnum coelorum, sed iis omnibus renuntiaverunt.

9. Ego (inquit) nuper cogitavi, utrum ego vellem aliquid recipere a Deo vel desiderare: ego volo de hoc deliberare: quia ubi essem accipiens a Deo, essem sub eo vel infra eum sicut famulus vel servus et ipse sicut Dominus in dando: sic vero in aeterna vita non erit.

10. Nos (inquiebat) transformamur totaliter in Deum convertimur in eum, sicut in sacramento Eucharistiae nis convertitur in corpus Christi, sic ego convertor in m, quod ipse operatur me suum esse; unum non simile.

11. Quidquid Deus Pater Filio suo Unigenito in tura humana dedit, hoc totum (inquiebat) mihi dedit. hil excipio, nec unionem, nec sanctitatem.

12. Quidquid sacra Scriptura de Christo dicit, id ine de quovis homine sancto vere dici.

13. Quidquid divinae naturae proprium est, id totum minis justi proprium esse. Quamobrem illum operari idquid Deus operatur: una cum ipso coelum et terram asse, Verbum aeternum generare: denique Deum sine o nihil facere posse.

14. Virum probum sic debere conformare voluntatem am voluntati divinae, ut ipse velit, quidquid vult Deus, atque: Quia Deus vult aliquo modo me peccasse, llem non commisisse peccata. Hanc veram esse poentiam addebat.

15. Si homo mille peccata mortalia commisisset, si set recte dispositus, velle non deberet se ea non commisisse.

16. Deus non praecepit actum exteriorem.

17. Actus exterior non est proprie bonus, nec Deus prie ipsum operatur.

18. Afferamus (ajebat) fructum actuum, non exterion, qui nos bonos non faciunt; sed actuum interiorum, os Pater in nobis manens facit et operatur.

19. Deus animas amat, non opus externum.

20. Bonus homo est Unigenitus Filius Dei.

21. Homo nobilis est Unigenitus Filius Dei, quem ter ab aeterno genuit.

22. Pater (ajebat) generat me suum Filium et eumdem Filium. Quidquid Deus operatur unum est. Propterea (inquiebat) generat me suum Filium sine omni distinctione.

23. Deus unus est omnibus modis, et secundum omnem rationem: ita ut in ipso non sit invenire aliquam multitudinem in intellectu vel extra intellectum. Qui enim duo videt, vel distinctionem videt, Deum non videt. Deus enim unus est extra numerum et supra numerum, nec ponitur unum cum aliquo. Nulla igitur in Deo distinctio esse, aut intelligi potest.

24. Omnis distinctio est a Deo aliena, neque in natura neque in personis probatur, quia natura ipsa est una et hoc unum: et quaelibet persona est una et idipsum unum quod natura.

25. Dum dicitur: Simon, diligis me plus his? sensus est, id est plus quam istos: et bene quidem, sed non perfecte: in primo enim et secundo, plus et minus, et gradus est et ordo; in uno autem nec gradus est nec ordo. Qui igitur diligit Deum plus quam proximum, bene quidem, sed nondum perfecte.

26. Omnes creaturae sunt purum nihil.

27. Aliquid est in anima quod est increatum et increabile, si tota anima esset talis: esset increata et increabilis. Et hoc est intellectus.

28. Deus non est bonus, neque melior, neque optimus. Ita male dico, cum voco Deum bonum ac si album vocarem nigrum.

Hos articulos Pontifex partim ut haereticos partim ut male sonantes, temerarios et de haeresi suspectos notavit.

XLVIII. Clementis V definitiones emissae cum Concilio Viennensi.

A. Damnatio errorum sectae Beguardorum et Beguinarum facta a Clemente V cum concilio Viennensi a. 1311, 1312. Clementin. l. 5. tit. 3 de haereticis c. 3 Ad nostrum.

1. Quod homo in vita praesenti tantum et talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis et amplius in gratia proficere non valebit; nam, ut dicunt, si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inveniri.

2. Quod jejunare non oportet hominem, nec orare, postquam gradum perfectionis hujusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui et rationi subjecta, quod homo potest libere corpori concedere quidquid placet.

3. Quod illi, qui sunt in praedicto gradu perfectionis et spiritu libertatis, non sunt humanae subjecti obedientiae nec ad aliqua praecepta Ecclesiae obligantur; quia (ut asserunt) ubi spiritus Domini, ibi libertas.

4. Quod homo potest ita finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in praesenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata.

5. Quod quaelibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriae, ipsam elevante, ad Deum videndum et eo beate fruendum.

6. Quod se in actibus excercere virtutum est hominis imperfecti, et perfecta anima licentiat a se virtutes.

7. Quod mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum; actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

8. Quod in elevatione corporis Jesu Christi non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes

quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate et altitudine suae contemplationis tantum descenderent, quod circa ministerium seu sacramentum Eucharistiae aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent.

B. Clemens V in concilio Viennensi de usuris. Clementin. l. V. tit. 5 de usuris c. Ex gravi.

Si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare praesumat, exercere usuras non esse peccatum, decernimus eum velut haereticum esse puniendum.

C. Concilii Viennensis definitiones contra errores Johannis Petri Olivi et de effectibus baptismi ex Clementina de summa Trinitate et catholica fide.

Doctrinam omnem, seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animae rationalis, seu intellectivae, vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicae inimicam fidei, praedicto sacro approbante concilio reprobamus: definientes, ut cunctis nota sit fidei sincerae veritas, ac praecludatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter, tanquam haereticus sit censendus.

Ad hoc baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans est, (sicut unus Deus, ac fides unica), ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, credimus esse tam adultis quam parvulis communiter perfectum remedium ad salutem.

Verum quia quantum ad effectum baptismi in parvulis reperiuntur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus per

virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis econtra asserentibus, quod et culpa eisdem in baptismo remittitur, et virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad usum: Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quae per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quae dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes, tanquam probabiliorem, et dictis sanctorum et doctorum modernorum theologiae magis consonam et concordem, sacro approbante concilio laximus eligendam.

XLIX. Benedicti XII Constitutio „Benedictus Deus" 4 Kal. Febr. 1336.

Hac in perpetuum valitura constitutione auctoritate Apostolica diffinimus, quod secundum communem Dei ordinationem animae Sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante D. N. J. C. passionem decesserunt, nec non sanctorum Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et aliorum fidelium defunctorum post sacrum ab eis Christi baptisma susceptum, in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit, quando decedent etiam in futurum, vel si tunc fuerit, aut erit aliquid purgabile in eisdem, cum post mortem suam fuerint purgatae; ac quod animae puerorum eodem Christi baptismate renatorum et baptizandorum, cum fuerint baptizati ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam et purgationem praefatam in illis qui purgatione hujusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum et judicium generale, post ascensionem Salvatoris nostri J. C. in coelum fuerunt, sunt et erunt in coelo, coelorum regno et paradiso coelesti cum Christo, sanctorum angelorum consortio aggre-

gatae, ac post D. N. J. C. passionem et mortem viderunt et vident divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione objecti visi se habente, sed divina essentia immediate se nude, claro et aperte eis ostendente, quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur, necnon quod ex tali visione et fruitione eorum animae qui jam decesserunt, sunt vere beatae et habent vitam et requiem aeternam, et etiam illorum, qui postea decedent, cum eamdem divinam videbunt essentiam, ipsaque perfruentur ante judicium generale; ac quod visio hujusmodi divinae essentiae ejusque fruitio actus fidei et spei in eis evacuant, prout fides et spes propriae theologicae sunt virtutes; quodque postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiva ac facialis visio et fruitio in eisdem, eadem visio et fruitio sine aliqua intercisione seu evacuatione praedictae visionis et fruitionis continuata extitit et continuabitur usque ad finale judicium et ex tunc usque in sempiternum.

Diffinimus insuper, quod secundum Dei ordinationem communem animae decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur, et quod nihilominus in die judicii omnes homines cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sine bonum sine malum.

L. Conclusiones Dionysii Soulechat Minoritae ex secta Fraticellorum de paupertate damnatae ab Urbano V 1368.

1. Haec benedicta imo suprabenedicta lex amoris omnem aufert proprietatem et dominium, — falsa, erronea, haeretica.

2. Actualis abdicatio cordialis voluntatis et temporalis potestatis dominii seu auctoritatis statum perfectissimum ostendit et efficit — universaliter intellecta falsa, erronea, haeretica.

3. Christum non abdicasse hujusmodi possessionem et jus in temporalibus, non habetur ex nova lege, imo potius oppositum.

LI. Propositiones quaedam Raymundi Lulli.

In errores Raymundi Alexander IV a. 1260 inquiri jussit et animadverti, ut constat ex ejus epistolis 123 et 223, primusque Petrus, Tarraconensis Archiepiscopus, auctoritate Pontificis in eum censuram distrinxit. Postmodum grassante adhuc doctrina Nicolaus Eymericus, Ord. Praed., ejus errores ad Gregorium XI detulit, qui articulos Lulli ut erroneos et maximam partem haereticos damnavit 7. Kal. Febr. 1376. Denique Raymundi Lulli opera iterum prohibuit Paulus IV. Nos hic paucas, quae hac nostra aetate majoris sunt momenti, propositiones subjicimus; caeteras qui legere voluerit ex Eymerici Directorio inquisitorum q. 9 exscriptas habet apud Nat. Alex. Saec. XIII c. 3 art. 20.

Prop. 96. Omnes articuli fidei et ecclesiae sacramenta ac potestas papae possunt probari et probantur per rationes necessarias, demonstrativas, evidentes.

Prop. 97. Fides est necessaria hominibus rusticis, insciis, ministralibus et non habentibus intellectum elevatum, qui nesciunt cognoscere per rationem et diligunt cognoscere per fidem: sed homo subtilis facilius trahitur ad veritatem christianam per rationem quam per fidem.

Prop. 98. Qui cognoscit per fidem ea, quae sunt fidei, potest decipi: sed qui cognoscit per rationem, non potest falli: Nam fides potest errare et non errare. Et si homo errat per fidem, non habet tantam culpam, sicut si erraret per rationem. Et sicut verius cognoscimus ea, quae videmus, quam ea, quae palpamus: ita verius sumus dispositi ad cognoscendum veritatem per rationem quam

per fidem. Sed sicut palpando aliquando invenimus veritatem: ita etiam quandoque per fidem cognoscimus veritatem, sicut caeci, qui aliquando inveniunt, quae volunt, aliquando non.

LII. Decreta Martini V. et Concilii Constantiensis.

A. Articuli 45 Joannis Wikleff damnati a Concilio Constantiensi et Martino V per Bullam „Inter cunctas" 8 Kal. Martii 1418 et Bullam „In eminentis" ejusdem diei.

1. Substantia panis materialis et similiter substantia vini materialis remanent in Sacramento altaris.

2. Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem Sacramento.

3. Christus non est in eodem Sacramento identice et realiter propria praesentia corporali.

4. Si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.

5. Non est fundatum in Evangelio, quod Christus Missam ordinaverit.

6. Deus debet obedire diabolo.

7. Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis.

8. Si Papa sit praescitus et malus, et per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte a Caesare.

9. Post Urbanum VI non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Graecorum sub legibus propriis.

10. Contra Scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus Praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum a Deo: et qui sic excommunicat, fit ex hoc haereticus vel excommunicatus.

12. Praelatus excommunicans clericum, qui appel-
ıit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso traditor
; regis et regni.

13. Illi, qui dimittunt praedicare sive audire verbum
ıi propter excommunicationem hominum, sunt excom-
ınicati, et in Dei judicio traditores habebuntur.

14. Licet alicui diacono vel presbytero praedicare
rbum Dei absque auctoritate Sedis Apostolicae, sive
ıiscopi catholici.

15. Nullus est dominus civilis, nullus est Praelatus,
llus est Episcopus, dum est in peccato mortali.

16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum
ferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habi-
ıliter delinquentibus, id est ex habitu, non solum actu
linquentibus.

17. Populares possunt ad suum arbitrium dominos
linquentes corrigere.

18. Decimae sunt purae eleemosynae, et possunt
rochiani propter peccata suorum praelatorum ad libitum
ım eas auferre.

19. Speciales orationes, applicatae uni personae per
ıelatos vel religiosos, non plus prosunt eidem, quam
ıerales, caeteris paribus.

20. Conferens eleemosynam Fratribus est excommu-
ıatus eo facto.

21. Si aliquis ingreditur religionem privatam qua-
ıcumque, tam possessionatorum quam mendicantium,
lditur ineptior et inhabilior ad observationem mandato-
n Dei.

22. Sancti, instituentes religiones privatas, sic insti-
ındo peccaverunt.

23. Religiosi viventes in religionibus privatis non
ıt de religione christiana.

24. Fratres tenentur per laborem manuum victum acquirere, et non per mendicitatem.

25. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.

26. Oratio praesciti nulli valet.

27. Omnia de necessitate absoluta eveniunt.

28. Confirmatio juvenum, clericorum Ordinatio, locorum consecratio reservatur Papae et Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris.

29. Universitates, studia, collegia, graduationes, et magisteria in iisdem sunt vana gentilitate introducta, tantum prosunt Ecclesiae sicut diabolus.

30. Excommunicatio Papae vel cujuscumque Praelati non est timenda; quia est censura Antichristi.

31. Peccant fundantes claustra; et ingredientes sunt viri diabolici.

32. Ditare clerum est contra regulam Christi.

33. Sylvester Papa et Constantinus imperator errarunt, Ecclesiam dotando.

34. Omnes ordines mendicantium sunt haeretici, et dantes eis eleemosynas sunt excommunicati.

35. Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad observanda divina praecepta, et per consequens ad perveniendum ad regnum coelorum, nisi apostataverint ab eisdem.

36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt haeretici, eo quod possesiones habent, et consentientes eis, omnes videlicet domini saeculares et caeteri laici.

37. Ecclesia Romana est synagoga satanae, nec Papa est proximus et immediatus Vicarius Christi et apostolorum.

38. Decretales epistolae sunt apocryphae, et sedu unt a fide Christi; et clerici sunt stulti, qui student eis.

39. Imperator et domini saeculares sunt seducti a iabolo, ut Ecclesiam ditarent bonis temporalibus.

40. Electio Papae a Cardinalibus, a diabolo est introducta.

41. Non est de necessitate salutis credere, Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

42. Fatuum est credere indulgentiis Papae et Episoporum.

43. Juramenta illicita sunt, quae fiunt ad corroboandos humanos contractns et commercia civilia.

44. Augustinus, Benedictus, et Bernardus damnati unt, nisi poenituerint de hoc quod habuerunt possesiones, et instituerunt et intraverunt religiones: et sic, Papa usque ad ultimum religiosum, omnes sunt haeretici.

45. Omnes religiones indifferenter introductae sunt diabolo.

3. Articuli 30 Joannis Huss damnati a concilio Constantiensi et Martino V ut supra.

1. Unica est sancta universalis Ecclesia, quae est praedestinatorum universitas.

2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet ecit quosdam actus actibus Ecclesiae malignantium conimiles.

3. Praesciti non sunt partes Ecclesiae, cum nulla pars ejus finaliter excidat ab ea, eo quod praedestinationis charitas, quae ipsam ligat, non excidet.

4. Duae naturae, Divinitas et Humanitas, sunt unus Christus.

5. Praescitus, etsi aliquando est in gratia secundum praesentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctae Ecclesiae; et praedestinatus semper manet membrum Ec-

clesiae, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia praedestinationis.

6. Sumendo Ecclesiam pro convocatione praedestinatorum, sive fuerint in gratia sive non, secundum praesentem justitiam, isto modo Ecclesia est articulus Fidei.

7. Petrus non est, nec fuit caput Ecclesiae sanctae catholicae.

8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, Sacerdotii polluunt potestatem, et sicut filii infideles sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiae, de clavibus, officiis, censuris, moribus, caeremoniis, et sacris rebus Ecclesiae, veneratione reliquiarum, indulgentiis, et Ordinibus.

9. Papalis dignitas a Caesare inolevit, et Papae perfectio et institutio a Caesaris potentia emanavit.

10. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput Ecclesiae particularis, nec Romanus Pontifex est caput Romanae Ecclesiae particularis.

11. Non oportet credere, quod iste quicumque est Romanus Pontifex sit caput cujuscumque particularis ecclesiae sanctae, nisi Deus eum praedestinaverit.

12. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus: cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat a Deo procuratoriam potestatem; quia ad illud officium vicariatus requiritur et morum conformitas et instituentis auctoritas.

13. Papa non est verus et manifestus successor apostolorum principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro; et si quaerit avaritiam, tunc est vicarius Judae Iscarioth. Et pari evidentia Cardinales non sunt veri et manifesti successores Collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata et consilia Domini nostri Jesu Christi.

14. Doctores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, saeculari judicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifices, scribas et pharisaeos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes: Nobis non licet interficere quemquam, ipsum saeculari judicio tradiderunt; et tales sunt homicidae graviores, quam Pilatus.

15. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum Ecclesiae praeter expressam auctoritatem Scripturae.

16. Divisio immediata humanorum operum est, sunt vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est vitiosus et agit quidquam, tunc agit vitiose; et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose; quia sicut vitium, quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.

17. Sacerdotes Christi viventes secundum legem ejus, et habentes scripturae notitiam, et affectum ad aedificandum populum, debent praedicare non obstante praetensa excommunicatione. Quod si Papa vel aliquis Praelatus mandat sacerdoti sic disposito non praedicare, non debet subditus obedire.

18. Quilibet praedicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium accedit; et illud mandatum debet exequi, praetensa excommunicatione non obstante.

19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, et interdicti ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, et viam praeparat Antichristo. Signum autem evidens est quod ab Antichristo tales procedunt censurae, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui

denudant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime usurpabit.

20. Si Papa est malus, et praesertim si est praescitus, tunc ut Judas apostolus est diaboli, fur, et filius perditionis, et non est caput sanctae militantis Ecclesiae, cum nec sit membrum ejus.

21. Gratia praedestinationis est vinculum quo corpus Ecclesiae et quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti insolubiliter.

22. Papa vel Praelatus malus et praescitus est aequivoce pastor, et fere fur et latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium; quia alias rex deberet etiam dici sanctissimus secundum officium, et tortores et praecones dicerentur sancti; imo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.

24. Si Papa vivat Christo contrarie, etiamsi ascenderet per ritam et legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a Deo principaliter factam: nam Judas Iscariothes rite et legitime est electus a Deo Christo Jesu ad episcopatum, et tamen ascendit aliunde ad ovile ovium.

25. Condemnatio 45 art. Joannis Wicleff, per doctores facta, est irrationabilis et iniqua et malefacta: ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo quod nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est haereticus, aut erroneus, aut scandalosus.

26. Non eo ipso, quod electores, vel major pars eorum, consenserint viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus et manifestus successor vel vicarius Petri apostoli, vel alterius apostoli in officio ecclesiastico: unde, sive electores bene vel male elegerint,

operibus electi debemus credere: nam eo ipso, quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum Ecclesiae, habet a Deo ad hoc copiosius facultatem.

27. Non est scintilla apparentiae, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum Ecclesia ipsa militante conversetur et conservetur.

28. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam Ecclesiam regularet.

29. Apostoli et fidelis sacerdotes Domini strenue in necessariis ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papae officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa, usque ad diem judicii.

30. Nullus est dominus civilis, nullus est Praelatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.

C. Articuli 39, de quibus errorum Wikleff et Huss suspecti, ex mandato Martini papae V. in Bulla „Inter Cunctas" interrogandi sunt.

Articuli 1—4, 9 et 10 agunt de communione cum dictis haereticis.

5. Item, utrum credat, teneat et asserat, quod quodlibet concilium generale, et etiam Constantiense universalem ecclesiam repraesentet.

6. Item, utrum credat, quod illud quod sacrum concilium Constansiense, universalem ecclesiam repraesentans, approbavit et approbat in favorem fidei et ad salutem animarum, quod hoc est ab universis Christi fidelibus approbandum et tenendum: et quod condemnavit et condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum et asserendum.

7. Item, utrum credat, quod condemnationes Joannis Wicleff, Joannis Hus, et Hieronymi de Praga, factae de personis eorum, libris et documentis per sacrum generale Constantiense concilium, fuerint rite et juste factae, et a

quolibet catholico pro talibus tenendae et firmiter asserendae.

8. Item, utrum credat, teneat, asserat, Joannem Wicleff de Anglia, Joannem Hus de Bohemia, et Hieronymum de Praga, fuisse haereticos et pro haereticis nominandos ac deputandos, et libros et doctrinas eorum fuisse et esse perversos, propter quos et quas, et eorum pertinacias, per sacrum concilium Constantiense pro haereticis sunt condemnati.

11. Item, specialiter litteratus interrogetur, utrum credat, sententiam sacri Constantiensis concilii super quadraginta quinque Joannis Wicleff, et Joannis Hus triginta articulis superius descriptis latam, fore veram et catholicam: scilicet, quod supradicti quadraginta quinque articuli Joannis Wicleff, et Joannis Hus triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie haeretici, quidam erronei, alii temerarii et seditiosi, alii piarum aurium offensivi.

12. Item, utrum credat et asserat, quod in nullo casu sit licitum jurare.

13. Item, utrum credat, quod ad mandatum judicis juramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamiae faciendum, sit licitum.

14. Item, utrum credat, quod perjurium scienter commissum, ex quacumque causa vel occasione, pro conservatione vitae corporalis propriae vel alterius, etiam in favorem fidei, sit mortale peccatum.

15. Item, utrum credat, quod deliberato animo contemnens ritum ecclesiae, caerimonias exorcismi et catechismi, aquae baptismatis consecratae, peccet mortaliter.

16. Item, utrum credat, quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis et vini non sit panis materialis et vinum materiale, sed

idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, et sedet ad dexteram Patris.

17. Item, utrum credat et asserat, quod facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, et praeter speciem vini, sit vera caro Christi et sanguis et anima et deitas et totus Christus, ac idem corpus absolute et sub una qualibet illarum specierum singulariter.

18. Item, utrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab ecclesia universali observata, et per sacrum concilium Constantiae approbata, sit servanda sic, quod non liceat eam reprobare, aut sine ecclesiae auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum praemissorum, tamquam haeretici vel sapientes haeresim, sint arcendi et puniendi.

19. Item, utrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremae unctionis, aut solemnizationis matrimonii, peccet mortaliter.

20. Item, utrum credat, quod Christianus ultra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, et non laico seu laicis quantumcumque bonis et devotis.

21. Item, utrum credat, quod sacerdos in casibus sibi permissis possit peccatorum confessum et contritum a peccatis absolvere, et sibi poenitentiam injungere.

22. Item, utrum credat, quod malus sacerdos cum debita materia et forma, et cum intentione faciendi quod facit ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet, vere conferat alia sacramenta.

23. Item, utrum credat, quod beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi et solvendi super terram.

24. Item, utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus nomine proprio expresso, sit successor beati Petri, habens supremam auctoritatem in ecclesia Dei.

25. Item, utrum credat, auctoritatem jurisdictionis Papae, archiepiscopi et episcopi in solvendo et ligando esse majorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

26. Item, utrum credat, quod Papa omnibus Christianis vere contritis et confessis ex causa pia et justa possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus et ipsis manus suas porrigentibus adjutrices. Et,

27. Utrum credat, quod ex tali confessione visitantes ecclesias ipsas et manus adjutrices eis porrigentes, hujusmodi indulgentias consequi possint.

28. Item, utrum credat, quod singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, hujusmodi indulgentias concedere possint.

29. Item, utrum credat et asserat, licitum esse, sanctorum reliquias et imagines a Christi fidelibus venerari.

30. Item utrum credat religiones ab ecclesia approbatas, a sanctis Patribus rite et rationabiliter introductas.

31. Item, utrum credat, quod Papa vel alius praelatus, propriis nominibus Papae pro tempore expressis, vel ipsorum vicarii, possint suum subditum ecclesiasticum sive saecularem propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus.

32. Item, utrum credat, quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, praelati, vel eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem aggravandi et reaggravandi, interdictum ponendi, et brachium saeculare

invocandi; et quod illis censuris per inferiores sit obediendum.

33. Item, utrum credat, quod Papa, vel alii praelati, et eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes et laicos inobedientes et contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesiae et administratione ecclesiasticorum sacramentorum suspendendi.

34. Item, utrum credat, quod liceat personis ecclesiasticis absque peccato hujus mundi habere possessiones et bona temporalia.

35. Item, utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat; immo quod sic auferentes, tollentes et invadentes bona ipsa ecclesiastica, sint tamquam sacrilegi puniendi, etiam si male viverent personae ecclesiasticae bona hujusmodi possidentes.

36. Item, utrum credat, quod hujusmodi ablatio et invasio, cuicumque sacerdoti, etiam male viventi, temere vel violenter facta, vel illata, inducat sacrilegium.

37. Item, utrum credat, quod liceat laicis utriusque sexus, viris scilicet et mulieribus, libere praedicare verbum Dei.

38. Item, utrum credat, quod singulis sacerdotibus libere liceat praedicare verbum Dei, ubicumque, quandocumque et quibuscumque placuerit, etiam si non sint missi.

39. Item, utrum credat, quod omnia peccata mortalia, et specialiter manifesta, sint publice corrigenda et exstirpanda.

Quae hic de auctoritate Synodi Constantiensis dicta sunt intelligenda sunt ad normam Bullae Confirmationis Martini V „In eminentis“ 8 Kal. Martii 1418, quae non complectitur nisi decreta contra Wicleff, Huss et Hieronymum de Praga, decretum de communione sub una specie et salvum conductum datum haereticis. In ultima vero sessione XLV Pontifex protestatus est: „Quod omnia et singula determinata, conclusa et decreta in materia fidei per praesens sacrum concilium generale Con-

stantiense conciliariter tenere et inviolabiliter observare volebat et nunquam contravenire quoquo modo; ipsaque sic conciliariter facta approbat et ratificat et non aliter, nec alio modo." Non sunt proinde oecumenica, imo potius a Romanis Pontificibus saepius rejecta sunt decreta Sessionis III et IV, a concilio Basileensi innovata, quae sic sonant: „Sancta Synodus Constantiensis etc. . . . declarat quod ipsa, in Spiritu Sancto legitime congregata, concilium generale faciens et Ecclesiam catholicam repraesentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his, quae pertinent ad fidem et extirpationem dicti schismatis et reformationem dictae ecclesiae in capite et membris. Item declarat, quod quicunque cujuscunque conditionis, status, dignitatis, etiamsi papalis, qui mandatis statutis, seu ordinationibus aut praeceptis hujus sacrae synodi et cujuscunque alterius concilii generalis legitime congregati super praemissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subjiciatur et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit recurrendo." Concilium Basileense, licet aliquando ab Eugenio IV quoad progressum agnitum fuerit, dignitatem concilii oecumenici nunquam meruit.

D. Definitio Concilii Constantiensis Sess. XIII de communione sub utraque specie confirmatum a Martino V per Bullam „In eminentis" 8 Kal. Mart. 1418.

Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere praesumant, populum Christianum debere sacrum Eucharistiae sacramentum sub utraque panis et vini specie suscipere, et non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post coenam vel alias non jejunum, et communicandum esse pertinaciter asserant contra laudabilem ecclesiae consuetudinem rationabiliter approbatam quam tamquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc est, quod hoc praesens concilium . . . . . declarat, decernit et definit quod licet Christus post coenam instituerit, et suis discipulis administraverit sub utraque specie panis et vini hoc venerabile sacramentum, tamen hoc non obstante sacrorum

monum auctoritas laudabilis et approbata consuetudo ecclesiae servavit et servat, quod hujusmodi sacramentum, on debet confici post coenam, neque a fidelibus recipi non junis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis jure vel ecclesia concesso vel admisso. Et similiter quod est in primitiva ecclesia hujusmodi sacramentum recipetur a fidelibus sub utraque specie: tamen haec consuetudo ad evitandum aliqua pericula et scandala, est rationabiliter introducta, quod a conficientibus sub utraque specie et a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit, et nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus et sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, etc. Quapropter dicere quod hanc consuetudinem aut legem observare sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum, et pertinaciter asserentes oppositum praemissorum tanquam haeretici arcendi sunt, et graviter puniendi per dioecesanos locorum, seu officiales eorum aut inquisitores haereticae pravitatis, etc.

LIII. Concilii Florentini decreta.

Decretum unionis Graecorum in Bulla Eugenii IV „Laetentur coeli.“

In nomine igitur sanctae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio diffinimus, ut haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit; declarantes quod id, quod sancti doctores et patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc

intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia, quae Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, praeter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo etiam aeternaliter genitus est. Diffinimus insuper, explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationaliter symbolo fuisse appositam. Item, in azymo sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici; sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae ecclesiae sive occidentalis, sive orientalis consuetudinem. Item, si vere poenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et ommissis, eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari: et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum ecclesiae instituta. Illorumque animas, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatae, in caelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius: Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Item, diffinimus sanctam Apostolicam sedem, et Romanum Pontificem, in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse

ati Petri principis Apostolorum, et verum Christi carium, totiusque ecclesiae caput et omnium Christiano-m patrem ac doctorem exsistere; et ipsi in beato Petro ascendi, regendi ac gubernandi universalem ecclesiam Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam se; quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum con-liorum, et in sacris canonibus continetur.

Decretum pro Armenis in Bulla Eugenii IV „Exsultate Deo.“

Hoc Decretum continet symbolum Nicaenum, definitionem halcedonensem, definitionem Synodi VI, decretum de suscipien-s synodo Chalcedonensi et Leone M., instructionem de sacra-entis, quam subjicimus, symbolum Athanasianum, decretum nionis Graecorum et decretum de festis. Qua de instructione remittendum est eam non esse definitionem de ministro, ma-ria et forma sacramentorum, ut multi putabant, sed instructio-m tantummodo practicam, quae tamen ut talis plenam habet ictoritatem. Ipsum decretum in fine distinguit inter *capitula, clarationes*, *diffinitiones*, *traditiones, praecepta, statuta et doctrinam*, ae in ipso contineantur.

Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro sorum Armenorum tam praesentium quam futurorum ciliori doctrina, sub hac brevissima redigimus formula. ovae legis septem sunt sacramenta: videlicet, baptismus, nfirmatio, eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo, matrimonium. Quae multum a sacramentis differunt ıtiquae legis. Illa enim non causabant gratiam, sed m solum per passionem Christi dandam esse figurabant: ec vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne ıscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiri-ıalem uniuscujusque hominis in seipso perfectionem; ıo ultima, ad totius ecclesiae regimen multiplicationem-ıe ordinata sunt. Per baptismum enim spiritualiter re-ıscimur; per confirmationem augemur in gratia, et robo-ımur in fide: renati autem et roborati, nutrimur divina ıcharistiae alimonia. Quod si per peccatum aegritudinem

incurrimus animae, per poenitentiam spiritualiter sanam spiritualiter etiam et corporaliter, prout animae expe per extremam unctionem: per ordinem vero eccle gubernatur et multiplicatur spiritualiter: per matrimoni corporaliter augetur. Haec omnia sacramenta tribus p ficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamqu forma, et persona ministri conferentis sacramentum c intentione faciendi quod facit ecclesia: quorum si aliqu desit, non perficitur sacramentum. Inter haec sacramen tria sunt: baptismus, confirmatio et ordo; quae char terem, id est, spirituale quoddam signum a caeteris disti tivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in ead persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor char terem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

Primum omnium sacramentorum locum tenet sa tum baptisma, quod vitae spiritualis janua est: per ips enim membra Christi, ac de corpore efficimur ecclesi Et cum per primum hominem mors introierit in univers nisi ex aqua et Spiritu renascimur, non possumus, inquit Veritas, in regnum caelorum introire. Mate hujus sacramenti est aqua vera et naturalis: nec ref frigida sit an calida. Forma autem est: Ego te bapt in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Non tam negamus, quin et per illa verba: Baptizatur talis serv Christi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: V Baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris et F et Spiritus Sancti, verum perficiatur baptisma: quoni cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem hab sit Sancta Trinitas; instrumentalis autem sit minister, tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus, qui ipsum exercetur ministrum, cum Sanctae Trinitatis invo tione, perficitur sacramentum. Minister hujus sacrame est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cau autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, s

etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus et haereticus baptizare potest, dummodo formam servet ecclesiae, et facere intendat quod facit ecclesia. Hujus sacramenti effectus, est remissio omnis culpae originalis et actualis; omnis quoque poenae, quae pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis praeteritis injungenda est fatisfactio: sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum caelorum et Dei visionem perveniunt.

Secundum sacramentum est confirmatio; cujus materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odorem significat bonae famae, per episcopum benedicto. Forma autem est: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum caeteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat: Cum enim audissent, inquit, Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impositionis datur in ecclesia confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apostolicae Sedis dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum. Effectus autem hujus sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apo-

stolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiae sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et praecipue crucem ejus, qui Judaeis quidem est scandalum, Gentibus autem stultitia, secundum Apostolum; propter quod signo crucis signatur.

Tertium est eucharistiae sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam juxta testimonia sanctorum patrum ac doctorum ecclesiae pridem in disputatione exhibita, creditur, ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde, quia hoc convenit Dominicae Passionis repraesentationi. Inquit enim beatus Alexander Papa quintus a beato Petro: „In sacramentorum oblationibus, quae intra Missarum solemnia Domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domino aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque, id est, sanguis et aqua, ex latere Christi profluxisse legitur.“ Tum etiam, quod convenit ad significandum hujus sacramenti effectum, qui est unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypsis: Aquae multae, populi multi. Et Julius Papa secundus post beatum Silvestrum, ait: „Calix Dominicus juxta canonum praeceptum, vino et aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs ei in quem credit, copulatur et jungitur.“ Cum ergo tam Sancta Romana ecclesia a beatissimis Apostolis Petro et Paulo edocta, quam reliquae omnes Latinorum Graecorumque ecclesiae, in quibus omnibus sanctitatis et doctrinae lumina claruerunt, ab

initio nascentis ecclesiae sic servaverint, et modo servent, inconveniens admodum videtur, ut alia quaevis regio ab hac universali et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe Christiano conforment: eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquae, prout dictum est, admisceant vino. Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum: Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, et substantia vini in sanguinem convertuntur: ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini. Sub qualibet quoque parte hostiae consecratae et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Hujus sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris ejus unitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus et potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem: in quo, ut inquit Urbanus Papa, gratam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

Quartum sacramentum est poenitentia, cujus quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio; ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero. Secunda est oris confessio: ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis; quae quidem praecipue fit per orationem, jejunium, et

eleemosynam. Forma hujus sacramenti sunt verba a
lutionis, quae sacerdos profert, cum dicit: Ego te abs
etc. et minister hujus sacramenti est sacerdos habens au
toritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commiss
superioris. Effectus hujus sacramenti est absolutio a pecc

Quintum sacramentum est extrema unctio, c
materia est oleum olivae per episcopum benedictum.
sacramentum nisi infirmo, de cujus morte timetur,
non debet: qui in his locis ungendus est: in o
propter visum, in auribus propter auditum, in na
propter odoratum, in ore propter gustum vel locutio
in manibus propter tactum, in pedibus propter gres
in renibus propter delectationem ibidem vigentem. F
hujus sacramenti est haec: Per istam unctionem et
piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quid
per visum, etc. Et similiter in aliis membris. Min
hujus sacramenti est sacerdos: Effectus vero est m
sanatio; et, in quantum autem expedit, ipsius etiam
poris. De hoc sacramento inquit beatus Jacobus Apost
Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros eccle
ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine
mini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit
Dominus: et si in peccatis sit, dimittentur ei.

Sextum sacramentum est ordinis, cujus materi
illud, per cujus traditionem confertur ordo: sicut
byteratus traditur per calicis cum vino, et patenae
pane porrectionem. Diaconatus vero per libri evangeli
dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui
patenâ vacua superposita traditionem: et similite
aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assi
tionem. Forma sacerdotii talis est: Accipe potest
offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis
nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Et sic
aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano

ontinetur. Ordinarius minister hujus sacramenti est epicopus. Effectus, augmentum gratiae, ut quis sit idoneus ninister.

Septimum est sacramentum matrimonii, quod est ignum conjunctionis Christi et ecclesiae, secundum Apotolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est: ego utem dico in Christo et in ecclesia. Causa efficiens natrimonii, regulariter est mutuus consensus per verba le praesenti expressus. Assignatur autem triplex bonum natrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda d cultum Dei. Secundum est fides, quam unus conjugum lteri servare debet. Tertium indivisibilitas matrimonii, ropter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi et ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicaionis liceat tori separationem facere, non tamen aliud natrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum egitime contracti perpetuum sit.

. Decretum pro Jacobitis, sive Bulla Eugenii IV „Cantate Domino".

Imprimis igitur sacrosancta Romana ecclesia, Donini et Salvatoris nostri voce fundata, firmiter credit, rofitetur et praedicat, unum verum Deum omnipotentem, ncommutabilem et aeternum, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum in essentia, trinum in personis: Patrem ngenitum, Filium ex Patre genitum, Spiritum Sanctum x Patre et Filio procedentem. Patrem non esse Filium, ut Spiritum Sanctum; Filium non esse Patrem, aut Spiritum Sanctum; Spiritum Sanctum non esse Patrem, ut Filium: sed Pater tantum Pater est, Filius tantum Filius est: Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus est. Solus Pater de substantia sua genuit Filium, solus Filius le solo Patre est genitus, solus Spiritus Sanctus simul le Patre procedit et Filio. Hae tres personae sunt unus Deus, et non tres Dii: quia trium est una substantia,

una essentia, una natura, una divinitas, una immensitas, una aeternitas, omniaque sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Propter hanc unitatem Pater est totus in Filio, totus in Spiritu Sancto: Filius totus est in Patre, totus in Spiritu Sancto: Spiritus Sanctus totus est in Patre, totus in Filio. Nullus alium aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Aeternum quippe et sine initio est, quod Filius de Patre exstitit; et aeternum ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de Patre Filioque procedit. Pater quidquid est aut habet, non habet ab alio, sed ex se: et est principium sine principio. Filius quidquid est aut habet, habet a Patre, et est principium de principio. Spiritus Sanctus quidquid est aut habet, habet a Patre, simul et Filio. Sed Pater et Filius non duo principia Spiritus Sancti, sed unum principium: sicut Pater et Filius et Spiritus Sanctus non tria principia creaturae, sed unum principium....

Firmissime credit, profitetur et praedicat, unum verum Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse omnium visibilium et invisibilium creatorem: qui quando voluit, bonitate sua universas tam spirituales quam corporales condidit creaturas: bonas quidem, quia a summo bono factae sunt, sed mutabiles, quia de nihilo factae sunt; nullamque mali asserit esse naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est. Unum atque eundem Deum veteris et novi testamenti, hoc est, legis et prophetarum atque evangelii profitetur auctorem: quoniam eodem Spiritu Sancto inspirante, utriusque testamenti Sancti locuti sunt: quorum libros suscipit et veneratur, qui titulis sequentibus continentur. Sequuntur libris canonis.

Firmiter credit, profitetur et praedicat, unam ex Trinitate personam, verum Deum, Dei Filium ex Patre genitum, Patri consubstantialem et coaeternum, in pleni-

tudine temporis, quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, propter salutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato utero Mariae virginis assumpsisse, et sibi in unitatem personae copulasse tanta unitate, ut quidquid ibi Dei est, non sit ab homine separatum; et quidquid est hominis, non sit a deitate divisum; sitque unus et idem indivisus, utraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus et homo, Dei Filius et hominis filius, aequalis Patri secundum divinitatem: immortalis et aeternus ex natura divinitatis, passibilis et temporalis ex conditione assumptae humanitatis.

Firmiter credit, profitetur et praedicat, Dei Filium in assumpta humanitate ex Virgine vere natum, vere passum, vere mortuum et sepultum, vere ex mortuis resurrexisse, in caelum ascendisse, sedereque ad dexteram Patris, et venturum in fine saeculorum ad vivos mortuosque judicandos.

Firmiter credit, profitetur et docet, neminem unquam ex viro feminaque conceptum, a diaboli dominatione fuisse liberatum, nisi per meritum mediatoris Dei et hominum Jesu Christi Domini nostri: qui sine peccato conceptus, natus et mortuus, humani generis hostem, peccata nostra delendo, solus sua morte prostravit; et regni caelestis introitum, quem primus homo peccato proprio cum omni successione perdiderat, reseravit: quem aliquando venturum omnia veteris testamenti sacra, sacrificia, sacramenta, caerimoniae praesignarunt.

Firmiter credit, profitetur et praedicat, nullos intra catholicam ecclesiam non exsistentes, non solum paganos, sed nec Judaeos aut haereticos atque schismaticos, aeternae vitae fieri posse participes; sed in ignem aeternum ituros, qui paratus est diabolo et angelis ejus, nisi ante finem vitae eidem fuerint aggregati: tantumque valere ecclesiastici corporis unitatem, ut solum in ea manentibus ad

salutem ecclesiastica sacramenta proficiant; et jejunia, eleemosynae ac caetera pietatis officia et exercitia militiae Christianae praemia aeterna parturiant. Neminemque, quantascumque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine sanguinem effuderit, posse salvari, nisi in catholicae ecclesiae gremio et unitate permanserit.

Verum quia in suprascripto decreto Armenorum non est explicata forma verborum, quibus in consecratione corporis et sanguinis Domini sacrosancta Romana ecclesia, Apostolorum doctrina et auctoritate firmata, semper uti consueverat, illam praesentibus duximus inserendam. In consecratione corporis hac utitur forma verborum: Hoc est enim corpus meum, sanguinis vero: Hic est enim calix sanguinis mei, novi et aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Panis vero triticeus, in quo sacramentum conficitur, an eo die, an antea coctus sit, nihil omnino refert: dummodo enim panis substantia maneat, nullatenus dubitandum est, quin post praefata verba consecrationis corporis a sacerdote cum intentione conficiendi prolata, mox in verum Christi corpus transsubstantietur.

Caetera sunt: anathematismi contra haereticos, enumeratio conciliorum, quos Romana ecclesia suscipit, definitur cessasse leges rituales Mosaicas, neque esse cibos immundos, neque rejiciendas quartas nuptias, adduntur decreta pro Graecis et Armenis. Decreta pro Syris, Chaldaeis, Maronitis nil novi continent.

LIV. Pii II Bulla „Execrabilis" in Synodo Mantuana 1459 contra Appellationes ad Concilium generale.

Haec Bulla confirmata est a summis Pontificibus Sixto IV, Calixto III, Julio II; deinde prohibitio appellationis a Summo Pontifice ad concilium generale in Bullam Coenae (art. 2) recepta est.

Execrabilis et pristinis temporibus inauditus, tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice,

Jesu Christi vicario, cui dictum est in persona beati Petri: Pasce oves meas et: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis: nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate judicii, sed commissi evasione peccati ad futurum concilium provocare praesumant . . . Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi ecclesia procul pellere et ovium nobis commissarum saluti consulere, omnomque materiam scandali ab ovili nostri Salvatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium cunctorumque praelatorum ac divini et humani juris interpretum curiam sequentium, consilio et assensu et certa nostra scientia, hujusmodi provocationes damnamus et tanquam erroneas ac detestabiles reprobamus.

LV. Magistri Petri Oxomensis propositiones 9 a Sixto IV damnatae a. 1479.

1. Peccata mortalia, quantum ad culpam et poenam alterius saeculi, delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves.

2. Confessio de peccatis in specie, fuit ex aliquo statuto utilis Ecclesiae, non de jure divino.

3. Pravae cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claves.

4. Confessio debet esse secreta, id est de peccatis secretis, non de manifestis.

5. Non sunt absolvendi poenitentes, nisi peracta prius poenitentia eis injuncta.

6. Papa non potest indulgere alicui viro poenam purgatorii.

7. Ecclesia urbis Romae errare potest.

8. Papa non potest dispensare in statutis universalis Ecclesiae.

9. Sacramentum Poenitentiae, quantum ad collationem gratiae sacramentalis. naturae est, non alicujus institutionis veteris vel novi Testamenti.

Damnatae ut scandalosae et haereticae.

LVI. Sixti IV constitutiones duae de Immaculata conceptione innovatae a Concilio Tridentino Sess. 5 decr. de pecc. orig.

A. Constitutione „Cum praecelsa" 3 Kal. Mart. 1476 concedit indulgentias illis, qui missae vel officio de Immaculata Conceptione intersunt.

B. Constitutione „Grave nimis" pridie Non. Sept. 1483 excommunicationi papae reservatae subjicit illos, qui alterutram opinionem de Immaculata Conceptione haeresis vel peccati mortalis incusarent.

LVII. Decreta Leonis X in Concilio Lateranensi V oecumenico.

A. Ex Bulla „Apostolici Regiminis" Leonis X, in concilio Lateranensi V edita, 14 Kal. Jan. 1513.

Cum itaque diebus nostris (quod dolenter referimus) zizaniae seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro Domino superseminare et augere sit ausus, de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus; et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum id esse asseverent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus; et haec in dubium vertentes: cum illa non

ɔlum vere per se et essentialiter humani corporis forma ɛsistat, sicut in canone felicis recordationis Clementis apae V praedecessoris nostri in generali Viennensi ɔncilio edito continetur; verum et immortalis, et pro ɔrporum quibus infunditur, multitudine singulariter multilicabilis, et multiplicata, et multiplicanda sit.

Cumque verum vero minime contradicat, omnem ɛsertionem veritati illuminatae fidei contrariam, omnino ɪlsam esse definimus: et ut aliter dogmatizare non liceat, istrictius inhibemus: omnesque hujusmodi erroris asseronibus inhaerentes, veluti damnatissimas haereses semiantes, per omnia ut detestabiles et abominabiles haerecos et infideles, catholicam fidem labefactantes, vitandos ɛ puniendos fore decernimus.

. *Ex Bulla „Pastor aeternus" Leonis X, in concilio Lateranensi V ɪta, 14 Kal. Jan. 1516, qua damnâtur pragmatica sanctio Gallorum.*

Solum Romanum Pontificem pro tempore existentem, ınquam auctoritatem super omnia concilia habentem, tam ɔnciliorum indicendorum, transferendorum ac dissolvenorum plenum jus ac potestatem habere, nedum ex Sacrae cripturae testimonio, dictis Sanctorum Patrum ac aliorum ɔmanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum ɛcrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorumem conciliorum confessione manifeste constat.

VIII. Errores 41 Martini Lutheri damnati a Leone X per Bullam „Exsurge Domine" 16 Maji 1520.

1. Haeretica sententia est, sed usitata, sacramenta ovae legis justificantem gratiam illis dare, qui non onunt obicem.

2. In puero post baptismum negare remanens pecatum, est Paulum et Christum simul conculcare.

3. Fomes peccati, etiamsi nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingressu coeli.

4. Imperfecta charitas morituri fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere poenam purgatorii, et impedit introitum regni.

5. Tres esse partes Poenitentiae, contritionem, conconfessionem, et satisfactionem, non est fundatum in sacra Scriptura, nec antiquis sanctis christianis doctoribus.

6. Contritio, quae paratur per discussionem, collationem, et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, amissionem aeternae beatudinis, ac aeternae damnationis acquisitionem, haec contritio facit hypocritam, imo magis peccatorem.

7. Verissimum est proverbium, et omnium doctrina de contritionibus hucusque data praestantius: de caetero non facere, summa poenitentia; optima poenitentia, nova vita.

8. Nullo modo praesumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia mortalia cognoscas. Unde primitiva Ecclesia solum manifesta mortalia confitebatur.

9. Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiae Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

10. Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente sacerdote credat sibi remitti; imo peccatum maneret, nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati et gratiae donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

11. Nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi: Quodcumque solveris, etc. (Matth. XVI). Hinc, inquam, confide, si

sacerdotis obtinueris absolutionem, et crede fortiter te absolutum, et absolutus vere eris, quidquid sit de contritione.

12. Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed joco absolveret; si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.

13. In sacramento Poenitentiae ac remissione culpae non plus facit Papa aut Episcopus, quam infimus sacerdos: imo, ubi non est sacerdos, aeque tantum quilibet christianus, etiamsi mulier aut puer esset.

14. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritum, nec sacerdos requirere.

15. Magnus est error eorum, qui ad sacramentum Eucharistiae accedunt, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicujus peccati mortalis, quod praemiserint orationes suas et praeparatoria: omnes illi judicium sibi manducant et bibunt. Sed si credant et confidant se gratiam ibi consecuturos, haec sola fides facit eos puros et dignos.

16. Consultum videtur, quod Ecclesia in communi Concilio statueret laicos sub utraque specie communicandos: nec Bohemi communicantes sub utraque specie sunt haeretici, sed schismatici.

17. Thesauri Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi et Sanctorum.

18. Indulgentiae sunt piae fraudes fidelium, et remissiones bonorum operum; et sunt de numero eorum quae licent, et non de numero eorum quae expediunt.

19. Indulgentiae his, qui veraciter eas consequuntur, non valent ad remissionem poenae pro peccatis actualibus debitae apud divinam justitiam.

20. Seducuntur credentes indulgentias esse salutares et ad fructus spiritus utiles.

21. Indulgentiae necessariae sunt solum publicis criminibus, et proprie conceduntur duris solummodo et impatientibus.

22. Sex generibus hominum indulgentiae nec sunt necessariae, nec utiles: videlicet mortuis seu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt sed non publica, his qui meliora operantur.

23. Excommunicationes sunt tantum externae poenae nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus.

24. Docendi sunt christiani plus diligere excommunicationem, quam timere.

25. Romanus Pontifex, Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in beato Petro institutus.

26. Verbum Christi ad Petrum: Quodcumque solveris super terram, etc. (Matth. XVI.) extenditur dumtaxat ad ligata ab ipso Petro.

27. Certum est, in manu Ecclesiae aut Papae prorsus non esse statuere articulos Fidei, imo nec leges morum seu bonorum operum.

28. Si Papa cum magna parte Ecclesiae sic vel sic sentiret, nec etiam erraret; adhuc non est peccatum aut haeresis contrarium sentire, praesertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium universale alterum reprobatum, alterum approbatum.

29. Via nobis facta est enervandi auctoritatem Conciliorum, et libere contradicendi eorum gestis, et judicandi eorum decreta, et confidenter confitendi quidquid verum videtur, sive probatum fuerit, sive reprobatum a quocumque Concilio.

30. Aliqui articuli Joannis Hus condemnati in Conio Constantiensi sunt christianissimi, verissimi, et evanlici, quos nec universalis Ecclesia posset damnare.

31. In omni opere bono justus peccat.

32. Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

33. Haereticos comburi, est contra voluntatem Spiritus.

34. Praeliari adversus turcas, est repugnare Deo ıitanti iniquitates nostras per illos.

35. Nemo est certus, se non semper peccare moriter, propter occultissimum superbiae vitium.

36. Liberum arbitrium post peccatum est res de lo titulo; et dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

37. Purgatorium non potest probari ex sacra Scriptura ae sit in canone.

38. Animae in purgatorio non sunt securae de earum lute, saltem omnes: nec probatum est ullis aut ratiobus, aut Scripturis, ipsas esse extra statum merendi t augendae charitatis.

39. Animae in purgatorio peccant sine intermissione, amdiu quaerunt requiem et horrent poenas.

40. Animae ex purgatorio liberatae suffragiis vivenm, minus beantur, quam si per se satisfecissent.

41. Praelati ecclesiastici et principes saeculares non ıle facerent, si omnes saccos mendicitatis delerent.

LIX. Decreta dogmatica Concilii Tridentini.

Sessio III.

Decretum de symbolo fidei.

Praeponit Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum ıquam fundamentum decretorum.

Sessio IV.

Decretum de canonicis Scripturis.

Sacrosancta oecumenica, et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, praesitibus in ea eisdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur: quod promissum ante per Prophetas in Scripturis Sanctis, Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit; deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis, et salutaris veritatis, et morum disciplinae, omni creaturae praedicari jussit: perspiciensque, hanc veritatem, et disciplinam contineri in libris scriptis, et sine scripto traditionibus, quae ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit, et veneratur. Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum censuit; ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. (Sequuntur nomina canonicarum scripturarum.)

Si quis autem libros ipsos integros, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit; et traditiones praedictas sciens et prudens contempserit; A. S. Omnes itaque intelligant, quo ordine, et via ipsa Synodus, post jactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, et quibus

potissimum testimoniis ac praesidiis in confirmandis dogmatibus, et instaurandis in Ecclesia moribus, sit usura.

Decretum de editione et usu sacrorum librorum.

Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quae circumferuntur sacrorum librorum, quaenam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit et declarat, ut haec ipsa vetus, et vulgata editio, quae longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus, et expositionibus pro authentica habeatur; et ut nemo illam rejicere quovis praetextu audeat, vel praesumat.

Praeterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo suae prudentiae innixus, in rebus fidei, et morum ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, et tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat; etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent. Qui contravenerint, per ordinarios declarentur, et poenis a jure statutis, puniantur.

Sessio V.

Decretum de peccato originali.

Ut fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra et illibata permaneat, et ne populus Christianus omni vento doctrinae circumferatur; cum Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala,

quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali ejusque remedio non solum nova, sed vetera etiam dissidia excitaverit: sacrosancta oecumenica, et generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, jam ad revocandos errantes, et nutantes confirmandos accedere volens, Sacrarum Scripturarum, et Sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, et ipsius Ecclesiae judicium, et consensum secuta, haec de ipso peccata originali statuit, fatetur, ac declarat.

1. Si quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevaricationis hujusmodi iram, et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam praevaricationis offensam, secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse: A. S.

2. Si quis Adae praevaricationem sibi soli, et non ejus propagini, asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem, et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum, mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae; A. S.: cum contradicat Apostolo dicenti: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis hoc Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione, transfusum omnibus, inest unicuique proprium, vel per humanae naturae vires,

vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Jesu Christi, qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis justitia, sanctificatio, et redemptio; aut negat ipsum Christi Jesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiae rite collatum, tam adultis quam parvulis applicari; A. S.: quia non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Unde illa vox: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: Quicunque baptizati estis, Christum induistis.

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam aeternam consequendam, unde fit consequens, ut in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur; A. S.: quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quae in Baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet: sed illud dicit tantum radi, aut non imputari; A. S.: in renatis enim

nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis, qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes et novum, qui secundum Deum creatus est, induentes: innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu coeli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, haec sancta Synodus fatetur, et sentit: quae cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vere et proprie in renatis peccatum sit; sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, A. S. Declarat tamen haec ipsa Sancta Synodus, non esse suae intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam et immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; sed observandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papae IV sub poenis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.

Sessio VI.

Decretum de justificatione.

Cap. 1. De naturae et legis ad justificandos homines imbecillitate.

Primum declarat sancta Synodus ad justificationis doctrinam probe et sincere intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, et fateatur, quod cum omnes homines in praevaricatione Adae innocentiam perdidissent, facti immundi, et ut Apostolus inquit, natura filii irae, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit,

que adeo servi erant peccati, et sub potestate Diaboli mortis, ut non modo gentes per vim naturae, sed ne daei quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi, le liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum bitrium minime extinctum esset, viribus licet attenuatum, inclinatum.

Cap. 2. De dispensatione, et mysterio adventus Christi.

Quo factum est, ut coelestis Pater, pater miseordiarum, et Deus totius consolationis, Christum sum, Filium suum, et ante legem, et legis tempore ıltis Sanctis Patribus declaratum, ac promissum, cum nit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, et Judaeos, qui sub lege erant, redimeret: et gentes, ae non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, ıue omnes adoptionem filiorum reciperent; hunc propoit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro ccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam o totius mundi.

Cap. 3. Qui per Christum justificantur.

Verum, etsi ille pro omnibus mortuus est, non ınes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii ıntaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur. ım sicut revera homines, nisi ex semine Adae propagati ıscerentur, non nascerentur injusti; cum ea propagatione, per ɜum dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant: ita ɜi in Christo renascerentur, nunquam justificarentur, cum renascentia per meritum passionis ejus, gratia, qua justi nt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias s semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in rtem sortis sanctorum in lumine, et eripuit de potestate ıebrarum, transtulitque in regnum Filii dilectionis suae, quo habemus redemptionem, et remissionem peccarum.

Cap. 4. Insinuatur descriptio justificationis impii, et modus ejus in statu gratiae.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae, et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum, salvatorem nostrum, quae quidem translatio post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

Cap. 5. De necessitate praeparationis ad justificationem in adultis, et unde sit.

Declarat praeterea ipsius justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Jesum praeveniente gratia sumendum esse: hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; ut, qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiae libere assentiendo et cooperando, disponantur; ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris litteris cum dicitur: Convertimini ad me, et ego convertar ad vos; libertatis nostrae admonemur; cum respondemus: Converte nos Domine ad te, et convertemur; Dei nos gratia praeveniri confitemur.

Cap. 6. Modus praeparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia et adjuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quae divinitus revelata et promissa sunt, atque illud in primis,

a Deo justificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quae est in Christi Jesu, et dum peccatores se esse intelligentes, a divinae justitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propritium fore, illumque tanquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod et detestationem, hoc est, per eam poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, et servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit. Et, Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et, Timor Domini expellit peccatum. Et, Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum; et accipietis donum Spiritus Sancti. Et: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare, quaecunque mandavi vobis. Denique, Praeparate corda vestra Domino.

Cap. 7. Quid sit justificatio impii, et quae ejus causae.

Hanc dispositionem seu praeparationem justificatio ipsa consequitur; quae non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum. Unde homo ex injusto fit justus, et ex inimico amicus, ut sit haeres secundum spem vitae aeternae. Hujus justificationis causae sunt, finalis quidem, gloria Dei et Christi, ac vita aeterna: efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit et sanctificat, signans et ungens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus haereditatis nostrae: meritoria autem, dilectisimus Unigenitus suus, Dominus noster Jesus

Christus: qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis justificationem meruit, et pro nobis Deo Patri satisfecit: instrumentalis item, Sacramentum Baptismi; quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contigit justificatio: demum unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est; sed qua nos justos facit: qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur; sed vere justi nominamur, et sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi communicantur: id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis inhaeret, unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, et charitatem: nam fides, nisi ad eam spes accedat et charitas; neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit: qua ratione verissime dicitur, Fidem sine operibus mortuam et otiosam esse. Et: In Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque praeputium; sed fidem, quae per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi Sacramentum ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam aeternam praestantem; quam sine spe et charitate fides praestare non potest. Unde et statim verbum Christi audiunt: Si vis in vitam ingredi, serva mandata. Itaque veram et Christianam justitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi et nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam, candidam et

immaculatam jubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, et habeant vitam aeternam.

Cap. 8. Quomodo intelligatur, impium per fidem, et gratis justificari.

Cum vero Apostolus dicit, justificari hominem per fidem et gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiae Catholicae consensus tenuit, et expressit; ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis: sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae justificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur; si enim gratia est, jam non ex operibus: alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia.

Cap. 9. Contra inanem haereticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam et certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, et in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est, cum apud haereticos et schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit, et magna contra Ecclesiam Catholicam contentione praedicetur vana haec et ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque a peccatis absolvi ac justificari, nisi eum, qui certo credat se absolutum et justificatum esse, atque hac sola fide absolutionem, et justificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei

promissis, deque mortis et resurrectionis Christi effica dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, Christi merito, deque Sacremantorum efficacia dubit debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propr infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gr formidare et timere potest; cum nullus scire va certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se grat Dei esse consecutum.

Cap. 10. De acceptae justificationis incremento.

Sic ergo justificati, et amici Dei ac dome facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur, Apostolus inquit, de die in diem: hoc est, mortifica membra carnis suae, et exhibendo ea arma justitia sanctificationem, per observationem mandatorum Dei Ecclesiae, in ipsa justitia per Christi gratiam acce cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque m justificantur, sicut scriptum est: Qui justus est, justific adhuc. Et iterum: Ne vereatis usque ad mortem ju ficari. Et rursus: Videtis, quoniam ex operibus justific homo, et non ex fide tantum. Hoc vero justitiae in mentum petit Sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis, mine, fidei, spei et charitatis augmentum.

Cap. 11. De observatione mandatorum, deque illius necessita et possibilitate.

Nemo autem, quantumvis justificatus, liberum esse ab observatione mandatorum putare debet: n temeraria illa, et a Patribus sub anathemate prohibita uti, Dei praecepta homini justificato ad observan esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, jubendo monet, et facere quod possis, et petere q non possis; et adjuvat, ut possis. Cujus mandata gr non sunt, cujus jugum suave est, et onus leve. Qui e sunt Filii Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt e

ut ipsemet testatur, servant sermones ejus. Quod utique cum divino auxilio praestare possunt. Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti et justi in levia saltem et quotidiana, quae etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi. Nam justorum illa vox est et humilis, et verax: Dimitte nobis debita nostra: quo fit, ut justi ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via justitiae sentire debeant, quo liberati jam a peccato, servi autem facti Deo, sobrie, juste, et pie viventes proficere possint per Christum Jesum: per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namque; sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandire debet, putans fide sola se haeredem esse constitutum, haereditatemque consequturum, etiamsi Christo non compatiatur, ut et conglorificetur. Nam et Christus ipse, ut inquit Apostolus, cum esset filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, obedientiam; et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. Propterea Apostolus ipse monet justificatos dicens: Nescitis, quod i, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo.; ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis: haec enim facientes, non peccabitis aliquando. Unde constat, eos orthodoxae religionis doctrinae adversari, qui dicunt, justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius est, poenas aeternas mereri: atque etiam eos, qui statuunt in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, et sese ad currendum in stadio

cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur aeternam: cum scriptum sit: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem, et de Moyse dicat Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.

Cap. 12. Praedestinationis temerariam praesumptionem cavendam esse.

Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero praedestinatorum: quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

Cap. 12. De perseverantiae munere.

Similiter de perseverantiae munere, de quo scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet, et eum qui cadit, restituere; nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur: tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet, operans velle et perficere. Verumtamen qui se existimant stare, videant ne cadant; et cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus et oblationibus, in jejuniis et castitate. Formidare enim debent scientes quod in spem gloriae, et nondum in gloriam renati sunt de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: Debitores sumus non carni, ut secundum

arnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, horiemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, ivetis.

Cap. 14. De lapsis et eorum reparatione.

Qui vero ab accepta justificationis gratia per pecatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum exciante Deo, per Poenitentiae Sacramentum, merito Christi missam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justicationis modus est lapsis reparatio: quam secundam ost naufragium deperditae gratiae tabulam Sancti Patres pte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post Baptismum i peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit oenitentiae, cum dixit: Accipte Spiritum Sanctum: quorum miseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, tenta sunt. Unde docendum est, Christiani hominis oenitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali, aque contineri non modo cessationem a peccatis, et orum detestationem, aut cor contritum et humiliatum; erum etiam eorundem sacramentalem Confessionem, saltem i voto, et suo tempore faciendam, et sacerdotalem abolutionem; itemque Satisfactionem per jejunia, eleemoynas, orationes, et alia pia spiritualis vitae exercitia; on quidem pro poena aeterna, quae vel Sacramento, el Sacramenti voto, una cum culpa remittitur; sed pro oena temporali, quae, ut sacrae litterae docent, non tota mper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiae Dei, quam acceperunt, ingrati, Spiritum Sanctum contriaverunt, et templum Dei violare non sunt veriti. De ua poenitentia scriptum est: Memor esto, unde excideis: age poenitentiam, et prima opera fac. Et iterum: uae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salum stabilem operatur. Et rursus: Poenitentiam agite, et acite fructus dignos poenitentiae.

Cap. 15. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fid

Adversus etiam hominum quorundam callida inge qui per dulces sermones et benedictiones seducunt co innocentium, asserendum est: non modo infidelitate, quam et ipsa fides amittitur; sed etiam quocunque mortali peccato, quamvis non amittatur fides, accep justificationis gratiam amitti, divinae legis doctri defendendo, quae a regno Dei non solum infideles ex dit, sed et fideles quoque fornicarios, adulteros, mo masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, n dicos, rapaces, caeterosque omnes, qui letalia commi peccata; a quibus cum divinae gratiae adjumento absti possunt, et pro quibus a Christi gratia separantur.

Cap. 16. De fructu justificationis, hoc est, de merito bonor operum, deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione justificatis hominibus, sive ac tam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam r peraverint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundat omni opere bono, scientes quod labor vester non inanis in Domino, non enim injustus est Deus, ut viscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendisti nomine ipsius. Et: Nolite amittere confidentiam vest quae magnam habet remunerationem. Atque ideo l operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus ponenda est vita aeterna, et tanquam gratia filiis per Christum Jesum misericorditer promissa, et tanq merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum oper et meritis fideliter reddenda. Haec est enim illa co justitiae, quam post suum certamen et cursum repos sibi esse ajebat Apostolus, a justo judice sibi red dam: non solum autem sibi, sed et omnibus, qui dili adventum ejus. Cum enim ille ipse Christus Jesus

quam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat, quae virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent: nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem operibus, quae in Deo sunt facta, divinae legi pro hujus vitae statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur; cum Christus Salvator noster dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Ita neque propria nostra justitia, tanquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur aut repudiatur justitia Dei. Quae enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhaerentem justificamur; illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque vero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris litteris usque adeo tribuatur, ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquae frigidae dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum: et Apostolis restetur, id quod in praesenti est momentaneum, et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operari in nobis: absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, vel glorietur, et non in Domino; cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quae sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes; unusquisque sicut misericordiam et bonitatem, ita severitatem et judicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, judicare; quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda et judicanda est, sed Dei: qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique

a Deo, qui, ut scriptum est, reddet unicuique secundum opera sua.

Post hanc Catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, justificari non poterit: placuit Sanctae Synodo, hos Canones subjungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere et sequi, sed etiam quid vitare et fugere debeant.

De justificatione.

Can. 1. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo juste vivere, ac vitam aeternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen et difficulter possit; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere; A. S.

Can. 5. Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique a Satana invectum in Ecclesiam; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera ita, ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit proprium ejus opus, non minus proditio Judae, quam vocatio Pauli; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, opera omnia, quae ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare, A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse, eum suae voluntatis motu praeparari atque disponi; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, homines sine Christi justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, homines justificari vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et charitate, quae in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhaerat; aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, fidem justificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinae misericordiae, peccata remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo,

et absque ulla haesitatione propriae infirmitatis et indispositionis, peccata sibi esse remissa, A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, hominem a peccatis absolvi ac justificari ex eo, quod se absolvi ac justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, et hac sola fide absolutionem et justificationem perfici; A. S.

Can. 15. Si quis dixerit, hominem renatum, et justificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in numero praedestinatorum; A. S.

Can. 16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum, absoluta et infabillibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit; A. S.

Can. 17. Si quis justificationis gratiam non nisi praedestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote divina potestate praedestinatos ad malum, anathema sit.

Can. 18. Si quis dixerit, Dei praecepta homini etiam justificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; A. S.

Can. 19. Si quis dixerit, nihil praeceptum esse in Evangelio praeter fidem, caetera esse indifferentia; neque praecepta, neque prohibita; sed libera, aut decem praecepta nihil pertinere ad Christianos, A. S.

Can. 20. Si quis hominem justificatum, et quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, sed tantum ad credendum: quasi vero Evangelium sit nuda et absoluta promissio vitae aeternae, sine conditione observationis mandatorum; A. S.

Can. 21. Si quis dixerit, Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obediant, A. S.

Can. 22. Si quis dixerit, justificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse; A. S.

Can. 23. Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum; aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venalia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia; A. S.

Can. 24. Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera; sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse justificationis adeptae, non autem ipsius augendae causam; A. S.

Can. 25. Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri; tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem: A. S.

Can. 26. Si quis dixerit, justos non debere pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta, expectare et sperare aeternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, et Jesu Christi meritum, si bene agendo, et divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverint; A. S.

Can. 27. Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis gravi, et enormi, praeterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti; A. S.

Can. 28. Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti; aut fidem, quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum; A. S.

Can. 29. Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut

posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare sine sacramento Poenitentiae, prout Sancta Romana et universalis Ecclesia a Christo Domino et ejus Apostolis edocta, hucusque professa est, servavit et docuit; A. S.

Can. 30. Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori poenitenti ita culpam remitti, et reatum aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exsolvendae vel in hoc saeculo, vel in in futuro in purgatorio, antequam ad regna caelorum aditus patere possit; A. S.

Can. 31. Si quis dixerit, justificatum peccare, dum intuitu aeternae mercedis bene operatur; A. S.

Can. 32. Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriae augmentum: A. S.

Can 33. Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de justificatione, a Sancta Synodo hoc praesenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriae Dei, vel meritis Jesu Christi Domini nostri derogari, et non potius veritatem fidei nostrae, Dei denique ac Christi Jesu gloriam illustrari; A. S.

Sessio VII.

Decretum de sacramentis.

De sacramentis in genere.

Can. 1. Si quis dixerit Sacramenta novae legis non fuisse omnia a Jesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, extre-

mam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem, non esse vere, et proprie Sacramentum; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, ea ipsa novae legis Sacramenta a Sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia caeremoniae sunt aliae, et alii ritus externi; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, haec septem Sacramenta ita esse inter se paria; ut nulla ratione aliud sit alio dignius; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, Sacramenta novae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; et sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, haec Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, Sacramenta novae legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptae per fidem gratiae vel justitiae, et notae quaedam Christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus: A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, non dari gratiam per hujusmodi Sacramenta semper, et omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando, et aliquibus, A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, per ipsa novae legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale indelebile, unde ea iterari non possunt; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo et omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quae ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre Sacramentum; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, receptos et approbatos ecclesiae Catholicae ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos; aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcunque ecclesiarum pastorem mutari posse; A. S.

De Baptismo.

Can. 1. Si quis dixerit, Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, aquam veram et naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, in Ecclesia Romana, quae omnium Ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, Baptismum, qui etiam datur ab haereticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Bapstismum; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem universae legis Christi servandae; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctae Ecclesiae praeceptis, quae vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quae post Baptismum fiunt, vi promissionis in Baptismo ipso jam factae, irrita esse intelligant, quasi per ea et fidei, quam professi sunt, detrahatur, et ipsi Baptismo; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, peccata omnia, quae post Baptismum fiunt solâ recordatione et fide suscepti Baptismi vel dimitti, vel venialia fieri; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, verum et rite collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad poenitentiam convertitur; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea aetate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut praestare omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiae; A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt: et ubi se nolle responderint, suo

esse arbitrio relinquendos, nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiae aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; A. S.

De Confirmatione.

Can. 1. Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius verum et proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesin quandam, qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, injurios esse Spiritui Sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Sanctae Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem; A. S.

Sessio XIII.

Decretum de sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

Cap. 1. De reali praesentia Domini nostri Jesu Christi in sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

Principio docet Sancta Synodus et aperte ac simpliciter profitetur, in almo Sanctae Eucharistiae Sacramento, post panis et vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque hominem, vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri, nec enim haec inter se pugnant, ut ipse Salvator noster semper ad dextram Patris in caelis assideat, juxta modum existendi naturalem; et ut multis nihilominus aliis in locis sacramentaliter praesens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, et

constantissime credere debemus: ita enim majores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in ultima coena Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis praebere, ad suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est; quae verba a sanctis Evangelistis commemorata, et a D. Paulo postea repetita, cum propriam illam et apertissimam significationem prae se ferant, secundum quam a Patribus intellecta sunt; indignissimum sane flagitium est, ea a quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad fictitios et imaginarios tropos, quibus veritas Carnis et Sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiae sensum detorqueri: quae tanquam columna et firmamentum veritatis, haec ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Satanica, detestata est, grato semper et memore animo praestantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

Cap. 2. De ratione institutionis sanctissimi hujus Sacramenti.

Ergo Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum; et in illius sumptione colere nos sui memoriam praecepit; suamque annunciare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur viventes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, et ipse vivet propter me: et tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus praeservemur. Pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae gloriae, et perpetuae felicitatis, adeoque symbolum unius illius corporis, cujus ipse caput existit, cuique nos, tanquam membra, arctissima fidei, spei

et charitatis connexione adstrictos esse voluit; ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata.

Cap. 3. De excellentia sanctissimae Eucharistiae super reliqua Sacramenta.

Commune hoc quidem est sanctissimae Eucharistiae cum caeteris Sacramentis, symbolum esse rei sacrae, et invisibilis gratiae formam visibilem: verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua Sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est: nondum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod praebebat, et semper haec fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus verumque ejus sanguinem sub panis et vini specie una cum ipsius anima et divinitate existere; sed corpus quidem sub specie panis, et sanguinem sub vini specie ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, et sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis et concomitantiae, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est, tantundem sub alterutra specie atque sub utraque contineri, totus enim et integer Christus, sub panis specie; et sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, et sub ejus partibus existit.

Cap. 4. De transsubstantiatione.

Quoniam autem Christus redemptor noster, corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit; ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta haec Synodus declarat, per consecrationem

panis et vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenienter et proprie a sancta catholica ecclesia transsubstantiatio est appellata.

Cap. 5. De cultu et veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more in catholicâ ecclesia semper recepto, latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum; nam illum eundem Deum praesentem in eo adesse credimus, quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procidentes adoraverunt; quem denique in Galilaea ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat praeterea Sancta Synodus, pie et religiose admodum in Dei ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam et festo die praecelsum hoc et venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur. Aequissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem pro tam ineffabili et plane divino beneficio, quo mortis ejus victoria et triumphus repraesentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio et haeresi triumphum agere; ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, et in tanta universae Ecclesiae laetitia positi, vel debilitati et fracti tabescant, vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant.

Cap. 6. De asservando sacrae Eucharistiae Sacramento, et ad infirmos deferendo.

Consuetudo asservandi in sacrario Sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam saeculum etiam Nicaeni Concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, et hunc usum diligenter in ecclesiis conservari, praeterquam quod cum summa aequitate et ratione conjunctum est; tum multis in Conciliis praeceptum invenitur, et vetustissimo catholicae ecclesiae more est observatum. Quare sancta haec synodus retinendum omnino salutarem hunc et necessarium morem statuit.

Cap. 7. De praeparatione, quae adhibenda est, ut digne quis sacram Eucharistiam percipiat.

Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte: certe, quo magis sanctitas et divinitas coelestis hujus Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans Corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus praeceptum: Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec Sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris; quod si, necessitate urgente, sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.

Cap. 8. De usu admirabilis hujus Sacramenti.

Quoad usum autem, recte et sapienter Patres nostri tres rationes hoc Sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt; quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum, qui voto propositum illum coelestem panem edentes, fide viva, quae per dilectionem operatur, fructum ejus et utilitatem sentiunt: tertios porro sacramentaliter simul et spiritualiter; hi autem sunt, qui ita se prius probant et instruunt, ut vestem nuptialem induti ad divinam hanc mensam accedant. In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a sacerdotibus communionem acciperent; sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent: qui mos, tanquam ex traditione Apostolica descendens, jure ac merito retineri debet. Demum autem paterno affectu admonet Sancta Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiae symbolo jam tandem aliquando conveniant et concordent, memoresque tantae Majestatis, et tam eximii amoris Jesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum; haec sacra mysteria corporis et sanguinis ejus, ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione ac pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint; et is vere eis sit animae vita, et perpetua sanitas mentis; cujus vigore confortati ex hujus miserae peregrinationis itinere ad coelestem patriam pervenire valeant, eundem panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis, veritatem dicere, nisi detegantur et refellantur errores; placuit Sanctae Synodo hos Canones subjungere, ut omnes jam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quae ab illis haereses caveri vitarique debeant.

De Sacrosancto Eucharistiae Sacramento.

Can. 1. Si quis negaverit, in Sanctissimae Eucharistiae Sacramento contineri vere, realiter, et substantialiter Corpus et Sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit in Sacrosancto Eucharistiae Sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum Corpore et Sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiae panis in Corpus et totius substantiae vini in Sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis et vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime Transsubstantiationem appellat; A. S.

Can. 3. Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiae sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiae Sacramento non esse Corpus et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post, et in hostiis seu particulis consecratis, quae post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum Corpus Domini; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, vel praecipuum fructum Sanctissimae Eucharistiae esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in Sancto Eucharistiae Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu latriae, etiam externo, adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in Processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiae Sanctae ritum et consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et ejus adoratores esse idololatras; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in Sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam: aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, et non etiam sacramentaliter ac realiter; A. S.

Can. 9. Si quis negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta praeceptum sanctae matris Ecclesiae: A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem praeparationem ad sumendum sanctissimae Eucharistiae Sacramentum, A. S. Et, ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem et condemnationem sumatur; statuit, atque declarat ipsa Sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris necessario praemittendam esse Confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, praedicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere praesumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Sessio XIV.

Doctrina de sanctissimis poenitentiae et extremae Unctionis Sacramentis.

Cap. I. De necessitate et institutione Sacramenti Poenitentiae.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum, esset, ut justitiam, in Baptismo ipsius beneficio et gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum; illis etiam vitae remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, et daemonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Poenitentiae; quo lapsis post Baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem Poenitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam et justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petivissent, ut perversitate abjecta et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur. Unde Propheta ait: Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: et non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis poenitentiam commendans, dicebat: Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. Porro nec ante adventum Christi poenitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Poenitentiae tunc praecipue instituit, cum a mortuis excitatus, insufflavit in discipulos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis, potestatem

remittendi et retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit. Et Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica, tanquam haereticos explosit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta haec Synodus probans et recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem praedicandi verbum Dei et Christi Evangelium annuntiandi, contra hujusmodi Sacramenti institutionem falso detorquent.

Cap. 2. De differentia Sacramenti Poenitentiae et Baptismi.

Caeterum hoc Sacramentum multis rationibus a Baptismo differre dignoscitur; nam praeterquam quod materia et forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet: constat certe, Baptismi ministrum judicem esse non oportere; cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de iis, qui foris sunt, judicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro Baptismi sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tanquam reos sisti voluit; ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum poenitentes confugerint, possent liberari. Alius praeterea est Baptismi, et alius Poenitentiae fructus: per Baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo efffcimur creatura plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem et integritatem per Sacramentum Poenitentiae, sine magnis

nostris fletibus et laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus: ut merito Poenitentia laboriosus quidam Baptismus a Sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

Cap. 3. De partibus et fructu hujus Sacramenti.

Docet praeterea Sancta Synodus Sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: Ego te absolvo, etc. quibus quidem de Ecclesiae Sanctae more preces quaedam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariae. Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti, ipsius poenitentis actus, nempe Contritio, Confessio et Satisfactio. Qui quatenus in poenitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Poenitentiae partes dicuntur. Sane vero res et effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim et efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis, et cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiae pax ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Haec de partibus et effectu hujus Sacramenti Sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui poenitentiae partes, incussos conscientiae terrores et fidem esse contendunt.

Cap. 4. De Contritione.

Contritio, quae primum locum inter dictos poenitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum

hic Contritionis motus necessarius; in homine post Baptismum lapso, ita demum praeparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinae misericordiae et voto praestandi reliqua conjunctus sit, quae ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur Sancta Synodus, hanc Contritionem non solum cessationem a peccato, et vitae novae propositum et inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus praevaricati estis; et facite vobis cor novum et spiritum novum. Et certe, qui illos Sanctorum clamores consideraverit: Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum; Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae; et alios hujus generis; facile intelliget, eos ex vehementi quodam anteactae vitae odio, et ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet praeterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero Contritionem imperfectam, quae Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae; declarat, non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concussi Ninivitae, ad Jonae praedicationem, plenam terroribus poenitentiam

egerunt, et misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Poenitentiae absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit, sed et falso docent, Contritionem esse extortam, et coactam, non liberam et voluntariam.

Cap. 5. De Confessione.

Ex institutione Sacramenti Poenitentiae jam explicata, universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse a Domino integram peccatorum Confessionem, et omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere: quia Dominus noster Jesus Christus, e terris ascensurus ad coelos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam praesides et judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint: quo, pro potestate clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim, sacerdotes judicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque aequitatem quidem illos in poenis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, et non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere a poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, et tantum adversus duo ultima Decalogi praecepta commissa, quae nonnunquam animum gravius sauciant, et periculosiora sunt iis, quae in manifesto admittuntur: nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, et in quae frequentius labimur, quamquam recte et utiliter citraque omnem praesumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum,

cum universa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines irae filios, et Dei inimicos reddant; necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta et verecunda Confessione, a Deo quaerere. Itaque dum omnia, quae memoriae occurunt, peccata, Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinae misericordiae agnoscenda exponunt; qui vero secus faciunt, et scienter aliqua retinent, nihil divinae bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt: si enim erubescat aegrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur praeterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quae speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neque a poenitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant, et fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, et poenam, quam oportet, pro illis poenitentibus imponere. Unde alienum a ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed et impium est, Confessionem, quae hac ratione fieri praecipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare; constat enim, nihil aliud in Ecclesia a poenitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, et conscientiae suae sinus omnes et latebras exploraverit, ea peccata confiteatur quibus se Dominum et Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quae diligenter cogitanti non occurunt, in universum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: Ab occultis meis munda me, Domine. Ipsa vero hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis et consolationibus levaretur, quae omnibus, digne ad hoc Sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Caeterum, quo-

ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, et sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiae offensae aedificationem, delicta sua publice confiteri possit; non est tamen hoc divino praecepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praeciperetur, ut delicta, praesertim secreta, publica essent Confessione aperienda. Unde cum a sanctissimis antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu secreta Confessio Sacramentalis, qua ab initio Ecclesia Sancta usa est, et modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, et inventum humanum esse, atque a Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium et institutum esse intellexerat; sed ut praeceptum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur, unde jam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu observatur mos ille salutaris confitendi, sacro illo et maxime acceptabili tempore Quadragesimae: quem morem haec Sancta Synodus maxime probat et amplectitur, tanquam pium et merito retinendum.

Cap. 6. De Ministro hujus Sacramenti et Absolutione.

Circa ministrum autem hujus Sacramenti, declarat Sancta Synodus, falsas esse et a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosvis homines praeter Episcopos et sacerdotes, clavium ministerium perniciose extendunt; putantes verba illa Domini: Quaecunque alligaveritis super terram, erunt alligata et in coelo: et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in

coelo; et: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles indifferenter et promiscue, contra institutionem hujus Sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem, cuicunque factam. Docet quoque, etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere; eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccati, sed ad instar actus judicialis, quo ab ipso, velut a judice sententia pronunciatur; atque ideo non debet poenitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solam fidem, vere et coram Deo esse absolutum; nec enim fides sine Poenitentia remissionem ullam peccatorum praestaret: nec is esset, nisi salutis suae negligentissimus, qui sacerdotem joco se absolventem cognosceret; et non alium, serio agentem, sedulo requireret.

Cap. 7. De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura et ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quae-

dam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis duntaxat sacerdotibus absolverentur; unde merito Pontifices Maximi pro suprema potestate, sibi in Ecclesia universali tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quae ad Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem episcopis omnibus in sua cuique dioecesi in aedificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, praesertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinae auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Veruntamen pie admodum, ne hac ipso occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt: extra quem articulum Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores et legitimos judices pro beneficio Absolutionis accedant.

Cap. 8. De Satisfactionis necessitate et fructu.

Demum quoad Satisfactionem, quae ex omnibus Poenitentiae partibus, quemadmodum a Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita una maxime nostra aetate, summo pietatis praetextu impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt: Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, et a Verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam poena condonetur. Perspicua enim et illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus praeter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur. Sane et divinae justitiae ratio

exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccati et daemonis servitute liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare, et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae. Procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi fraeno quodam coercent hae satisfactoriae poenae, cautioresque et vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis; et vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque vero securior ulia via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem a Domino poenam, quam ut haec poenitentiae opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad haec, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, et conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio haec, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, unde glorietur: sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos poenitentiae, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur a Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et poenitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones

injungere: ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem prae oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam, et infirmitatis medicamentum; sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam et castigationem: nam claves sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed et ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres et credunt et docent; nec propterea existimarunt, Sacramentum Poenitentiae esse forum irae vel poenarum, sicut nemo unquam Catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, et satisfactionis Domini nostri Jesu Christi vel obscurari, vel ex aliqua parte imminui: quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim et usum tollant.

Cap. 9. De Operibus Satisfactionis.

Docet praeterea, tantam esse divinae munificentiae largitatem, ut non solum poenis, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis a Deo inflictis et a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

Doctrina de Sacramento extremae unctionis.

Visum est autem Sanctae Synodo, praecedenti doctrinae de Poenitentia adjungere ea, quae sequuntur de Sacramento extremae Unctionis: quod non modo Poenitentiae, sed et totius Christianae vitae, quae perpetua Poenitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat et docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis

tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis praeparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita extremae Unctionis Sacramento finem vitae, tanquam firmissimo quodam praesidio munivit. Nam etsi adversarius noster occasiones per omnem vitam quaerat et captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suae versutiae nervos intendat ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitae perspicit.

Cap. 1. De institutione Sacramenti extremae unctionis.

Instituta est autem sacra haec Unctio infirmorum, tanquam vere et proprie Sacramentum novi Testamenti, a Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum: Infirmatur, inquit, quis in vobis; inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, et effectum hujus salutaris Sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum: nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima aegrotantis inungitur, repraesentat; formam deinde esse illa verba: Per istam unctionem, etc.

Cap. 2. De effectu hujus Sacramenti.

Res porro et effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit

eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim haec gratia est Spiritus Sancti, cujus Unctio delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; et aegroti animam alleviat et confirmat; magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando: qua infirmus sublevatus, et morbi incommoda ac labores levius fert, et tentationibus daemonis, calcaneo insidiantis, facilius resistit; et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur.

Cap. 2. De ministro hujus Sacramenti et tempore quo dari debeat.

Jam vero, quod attinet ad praescriptionem eorum, qui et suscipere et ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis praedictis traditum: nam et ostenditur illic, proprios hujus Sacramenti ministros esse ecclesiae presbyteros, quo nomine, eo loco, non aetate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam, esse hanc Unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur: unde et Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc Unctionem convaluerint, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam et dilucidam Apostoli Jacobi sententiam docent, hanc Unctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiae habentem; et qui illam jam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiva ecclesia referenda esset: et qui dicunt, ritum et usum, quem Sancta Romana Ecclesia in hujus Sacramenti administratione observat, Jacobi Apostoli sententiae

repugnare, atque ideo in alium commutandum esse; et denique, qui hanc extremam Unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Haec enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda Unctione, quantum ad ea, quae hujus Sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod B. Jacobus praescripsit. Nec vero tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, et ipsius Spiritus Sancti injuria esse posset.

Haec sunt, quae de Poenitentiae et extremae Unctionis Sacramentis haec sancta oecumenica Synodus profitetur et docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda et tenenda proponit. Sequentes autem canones inviolabiliter servandos esse tradit, et asserentes contrarium perpetuo damnat et anathematizat.

De Sanctissimo Poenitentiae Sacramento.

Can. 1. Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia Poenitentiam non esse vere et proprie Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum; A. S.

Can. 2. Si quis Sacramenta confundens, ipsum Baptismum, Poenitentiae Sacramentum esse dixerit, quasi haec duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Poenitentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi et retinendi peccata in Sacramento poenitentiae, sicut Ecclesia Catholica

ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem praedicandi Evangelium; A. S.

Can. 4. Si quis negaverit, ad integram et perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam Sacramenti Poenitentiae, videlicet, Contritionem, Confessionem, et Satisfactionem, quae tres Poenitentiae partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse Poenitentiae partes, terrores scilicet incussos conscientiae, agnito peccato, et fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata: A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, eam Contritionem, quae paratur per discussionem, collectionem et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, et aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vitae, non esse verum et utilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam et magis peccatorem; demum illàm esse dolorem coactum, et non liberum ac voluntarium; A. S.

Can. 6. Si quis negaverit, Confessionem Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divino; aut dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit et observat, alienum esse ab institutione et mandato Christi, et inventum esse humanum; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, in Sacramento Poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino, confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, et quae sunt contra duo ultima

Decalogi praecepta, et circumstantias, quae peccati speciem mutant; sed eam Confessionem tantum esse utilem ad erudiendum et consolandum poenitentem, et olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinae misericordiae ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam, a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, et ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimae; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi, remissa esse peccata confitenti; modo tantum credat, se esse absolutum: aut sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit: non requiri Confessionem poenitentis, ut Sacerdos eum absolvere possit; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros Absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse dictum: Quaecunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo; et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo; et: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt: quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus sacerdos a reservatis vere absolvat; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque poenitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, pro peccatis, quoad poenam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri poenis ab eo inflictis, et patienter toleratis, vel a sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam poenitentiam esse tantum novam vitam; A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, satisfactiones, quibus poenitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, et verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; A. S.

Can. 15. Si quis dixerit, claves Ecclesiae esse datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, et propterea sacerdotes, dum imponunt poenas confitentibus, agere contra finem clavium, et contra institutionem Christi, et fictionem esse, quod virtute clavium, sublata poena aeterna, poena temporalis plerumque exsolvenda remaneat; A. S.

De Sacramento extremae Unctionis.

Can. 1. Si quis dixerit, extremam Unctionem non esse vere et proprie Sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, sacram infirmorum Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Extremae Unctionis ritum et usum, quem observat Sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiae B. Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque a Christianis absque peccato contemni; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesiae, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos; sed aetate seniores in quavis communitate; ob idque proprium Extremae Unctionis ministrum non esse solum sacerdotem; A. S.

Sessio XXI.

Doctrina de communione sub utraque specie et parvulorum.

Cap. 1. Laicos, et Clericos non conficientes, non adstringi jure divino ad Communionem sub utraque specie.

Itaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu Sancto, qui Spiritus est sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiae judicium et consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo divino praecepto laicos, et clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiae Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat. Nam etsi Christus Dominus in ultima Coena venerabile hoc Sacramentum in panis et vini speciebus instituit, et Apostolis tradidit: non tamen illa institutio et traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei communionem a Domino praeceptam esse: utcunque juxta

varias Sanctorum Patrum, et Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: Et qui dixit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: dixit etiam: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo; dixit nihilominus: Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

Cap. 2. Ecclesiae potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiae.

Praeterea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, cum ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei; atque ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso Sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa ejus usum: Caeterea, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianae Religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset; tamen progressu temporis latissime jam immutata illa consuetudine, gravibus et justis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit: quam reprobare, aut sine ipsus Ecclesiae auctoritate pro libito mutare non licet.

Cap. 3. Totum et integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in suprema illa Coena hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, et Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

Cap. 4. Parvulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

Denique eadem Sancta Synodus docet, parvulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistiae Communionem: siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, et Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

De Communione sub utraque specie et parvulorum.

Can. 1. Si quis dixerit, ex Dei praecepto, vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, Sanctam Ecclesiam Catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; A. S.

Can. 3. Si quis negaverit, totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem, sub una panis specie

sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenirent, necessariam esse Eucharistiae communionem; A. S.

Sessio XXII.

Decretum de sacrificio missae.

Cap. 1. De institutione sacrosancti Missae sacrificii.

Quoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter Levitici Sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Jesum Christum, qui posset omnes quotquot sanctificandi essent, consummare, et ad perfectum adducere. Is igitur Deus et Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium ejus extinguendum non erat, in coena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae sponsae suae Ecclesiae visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repraesentaretur, ejusque memoria in finem usque saeculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit; ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; et eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit per haec verba: Hoc facite in meam commemorationem, uti sem-

per Catholica Ecclesia intellexit, et docuit; nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum, et in regnum suum transtulit. Et haec quidem illa munda oblatio est, quae nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam praedixit: et quam non obscure innuit Apostolus Paulus, Corinthiis scribens, cum dicit, non posse eos, qui participatione mensae daemoniorum polluti sunt, mensae Domini participes fieri: per mensam altare utrobique intelligens. Haec denique illa est, quae per varias sacrificiorum, naturae et legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quae bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio et perfectio complectitur.

Cap. 2. Sacrificium visibile, esse propitiatorium pro vivis et defunctis.

Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, et incruente immolatur, qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit, docet Sancta Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut, si cum vero corde, et recta fide, cum metu, et reverentia, contriti, ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam et donum poenitentiae concedens, crimina et peccata, etiam ingentia dimittit. Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi

ratione diversa. Cujus quidem oblationis cruentae, inquam, fructus per hanc uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.

Cap. 3. De Missis in honorem Sanctorum.

Et quamvis in honorem et memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit: unde nec sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris.

Cap. 4. De canone Missae.

Et cum sancta sancte administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium; Ecclesia Catholica, ut digne reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum canonem multis ante saeculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat; is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

Cap. 5. De solemnibus Missae Sacrificii caeremoniis.

Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam submissa voce, alia vero elatiore,

in Missa pronuntiarentur, instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina et traditione, quo et majestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quae in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Cap. 6. De Missa, in qua solus sacerdos communicat.

Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent: quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat, si quidem illae quoque Missae vere communes censeri debent; partim quod in eis populus spiritualiter communicet; partim vero, quod a publico Ecclesiae ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.

Cap. 7. De aqua, in calice afferendo, vino miscenda.

Monet deinde Sancta Synodus, praeceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent; tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur, et cum aquae in Apocalypsi Beati Joannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio representatur.

Cap. 8. De Missa vulgari lingua passim non celebranda: et mysteriis ejus populo explicandis.

Et si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem; non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim

lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cujusque Ecclesiae antiquo, et a Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum matre, et magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, et non sit, qui frangat eis, mandat Sancta Synodus Pastoribus, et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis, quae in Missa leguntur, aliquid exponant; atque inter caetera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim Dominicis et festis.

Cap. 9. Prologomenon canonum sequentium.

Quia vero adversus veterem hanc, in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque a multis docentur, atque disputantur; sacrosancta Synodus, post multos gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quae huic purissimae fidei, sacraeque doctrinae adversantur, damnare, et a sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos canones, constituit.

De sacrificio Missae.

Can. 1. Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Missae sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis

defunctis; pro peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis ccessitatibus offerri debere; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, blasphemiam irrogari metissimo Christi sacrificio, in cruce peracto, per Missae crificium, aut illi per hoc derogari; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, imposturam esse, Missas lebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum interces-one apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, canonem Missae errores ntinere, ideoque abrogandum esse; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, caeremonias, vestes, et ex-rna signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia atholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam ficia pietatis; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Missas, in quibus solus cerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque rogandas; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Ecclesiae Romanae ritum, o submissa voce pars canonis, et verba consecrationis oferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari issam celebrari debere: aut aquam non miscendam esse no in calice offerendo, eo quod sit contra Christi in-itutionem; A. S.

Sessio XXIII.

Doctrina de sacramento Ordinis.

Cap. 1. De institutione sacerdotii Novae Legis.

Sacrificium et Sacerdotium ita Dei ordinatione con-ncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Cum itur in novo Testamento Sanctum Eucharistiae sacri-ium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia ceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile,

et externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem ejus, nec non et peccata dimittendi et retinendi, sacrae litterae ostendunt, et Catholicae Ecclesiae traditio semper docuit.

Cap. 2. De septem Ordinibus.

Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotii ministerium; consentaneum fuit, quo dignius, et majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiae ordinatissima dispositione plures, et diversi essent ministrorum Ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent. Nam non solum de Sacerdotibus, sed et de Diaconis sacrae litterae apertam mentionem faciunt; et quae maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; et ab ipso Ecclesiae initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistae, Lectoris, et Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.

Cap. 3. Ordinem vere esse sacramentum.

Cum Scripturae testimonio, Apostolica traditione, et Patrum unanimiconsensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quae verbis, et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse vere et proprie unum ex septem Sanctae Ecclesiae Sacramentis: inquit enim Apostolus: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te, per impositionem manuum

mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.

Cap. 4. De Ecclesiastica hierarchia et ordinatione.

Quoniam vero in Sacramento Ordinis, sicut et in Baptismo, et Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest; merito Sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, et semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non excerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praeditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam Ecclesiasticam hierarchiam, quae est ut castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra Pauli doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetae, omnes Evangelistae, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, praeter caeteros Ecclesiasticos gradus, Epicopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem praecipue pertinere; et positos, sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto, regere Ecclesiam Dei: eosque presbyteris superiores esse, ac Sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesiae ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse: quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, et caeterorum Ordinum, nec populi, nec cujusvis saecularis potestatis, et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut saeculari potestate, ac magistratu vocati, et instituti, ad haec ministeria exercenda ascendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non

Ecclesiae ministros, sed fures et latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Haec sunt, quae generatim Sacrae Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, et propriis canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit: ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere et tenere possint.

De Sacramento Ordinis.

Can. 1. Si quis dixerit, non esse in novo Testamento Sacerdotium visibile, et externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, et offerendi verum corpus et sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi; sed officium tantum et nudum ministerium praedicandi Evangelium, vel eos, qui non praedicant, prorsus non esse sacerdotes; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, praeter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, et majores, et minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem non esse vere et proprie Sacramentum, a Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros Verbi Dei, et Sacramentorum; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non

requiri, sed contemnendam, et perniciosam esse; similiter et alias Ordinis caeremonias; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris, et ministris; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, et ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis saecularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab Ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et Sacramentorum ministros; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, et veros Episcopos, sed figmentum humanum; A. S.

Sessio XXIV.

Doctrina de sacramento Matrimonii.

Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, et conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tanquam a Deo prolata, referens dixit: Itaque jam non sunt duo sed una caro, statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantum ante pronuntiatam, his verbis confirmavit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Gratiam vero, quae naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit, dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia praestet; merito inter novae legis Sacramenta annumerandum, Sancti Patres nostri, Concilia et universalis Ecclesiae traditio semper docuerunt; adversus quam impii homines hujus saeculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt, sed de more suo praetextu Evangelii libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiae Catholicae sensu, et ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena scripto, et verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura: quorum temeritati sancta, et universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores praedictorum schismaticorum haereses, et errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos haereticos, eorumque errores dercernens anathematismos.

De Sacramento Matrimonii.

Can. 1. Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere, et proprie unum ex septem legis Evangelicae Sacramentis, a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, et hoc nulla lege divina esse prohibitum; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, et affinitatis gradus, qui Levitico exprimuntur, posse im-

pedire Matrimonium contrahendum, et dirimere contractum; nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant et dirimant; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, propter haeresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a conjuge, dissolvi posse Matrimonii vinculum; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, et docet, juxta Evangelicam et Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud Matrimonium contrahere; moecharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit; et eam, quae, dimisso adultero, alii nupserit; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares, castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, et oppositum nil aliud esse, quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum, A. S.: cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

Can. 10. Si quis dixerit, statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel coelibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut coelibatu, quam jungi Matrimonio; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, et alias caeremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit, causas Matrimoniales non spectare ad judices Ecclesiasticos; A. S.

Sessio XXV.

Decretum de Purgatorio.

Cum Catholica Ecclesia, Spiritu Sancto edocta, ex sacris litteris, et antiqua Patrum traditione, in sacris Conciliis, et novissime in hac oecumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse; animasque ibi detentas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari; praecipit Sancta Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, a Sanctis Patribus, et sacris Conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri, et ubique praedicari, diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores, ac subtiliores quaestiones, quaeque ad aedificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur. Incerta item, vel quae specie falsi laborant, evulgari, ac tractari non permittant. Ea vero, quae ad curiositatem quandam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala, et fidelium offendicula prohibeant.

De invocatione, et veneratione, et reliquiis Sanctorum, et sacris imaginibus.

Mandat Sancta Synodus omnibus episcopis, et caeteris docendi munus curamque sustinentibus, ut juxta Catholicae et Apostolicae Ecclesiae usum, a primaevis Christianae religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, et sacrorum conciliorum decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, invocatione, reliquiarum honore, et legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare; et ob beneficia impetranda a Deo per filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere: illos vero, qui negant sanctos, aeterna felicitate in coelo fruentes, invocandos esse: aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idololatriam; vel pugnare cum Verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei, et hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in coelo regnantibus voce, vel mente supplicare, impie sentire. Sanctorum quoque martyrum, et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quae viva membra fuerunt Christi, et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda, et glorificanda, a fidelibus veneranda esse, per quae multa beneficia a Deo hominibus praestantur: ita ut affirmantes, Sanctorum Reliquiis venerationem, atque honorem non deberi; vel eas, aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandae causa Sanctorum memorias frustra frequentari; omnino damnandos esse, prout jam pridem eos damnavit, et nunc etiam damnat Ecclesia. Imagines porro Christi, Deiparae Virginis, et aliorum Sanctorum, in templis praesertim habendas,

et retinendas, eisque debitum honorem, et venerationem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendae; vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda; veluti olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant; ita ut per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus, et procumbimus, Christum adoremus, et sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneremur. Id quod conciliorum, praesertim vero secundae Nicenae Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostrae redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressas, erudiri, et confirmari populum in articulis fidei commemorandis, et assidue recolendis: tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi; non solum, quia admonetur populus beneficiorum, et munerum, quae a Christo sibi collata sunt, sed etiam, quia Dei per sanctos miracula et salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur: ut pro iis Deo gratias agant, ad sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut senserit; A. S.

Decretum de indulgentiis.

Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit: sacrosancta Synodus indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem et sacrorum conciliorum auctoritate probatum in Ecclesia retinendum esse docet et praecipit, eosque

anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in ecclesia potestatem esse negant.

LX. Professio fidei Tridentinae a Pio IV per constitutionem Injunctum nobis 18 Nov. 1564 ex decreto Tridentino Sess. 24 cap. 12 de Ref. et Sess. 25 cap. 2. de Ref. praescripta.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo sancta romana ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula; Deum de Deo, Lumen et Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas; et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris; et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum; et vitam venturi saeculi. Amen. Apostolicas et ecclesiaticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum,

admitto; nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere et proprie sacramenta novae Legis a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium: illaque gratiam conferre: et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae catholicae ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali, et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiae sacramento esse vere, realiter, et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et Divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam catholicam et apostolicam romanam ecclesiam

omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac Jesu Christi vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Caetera item omnia a sacris canonibus et oecumenicis conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, et declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum. Ita ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia.

LXI. Professio fidei Graecis praescripta a Gregorio XIII per constitutionem 51 „Sanctissimus Dominus noster".

Ego N. firma fide credo etc. Credo in unum Deum ut in professione Tridentina.

Credo etiam, suscipio, atque profiteor ea omnia, quae sacra oecumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis et Orientalis Ecclesiae definivit et declaravit, videlicet quod Spiritus Sanctus a Patre et Filio aeternaliter est; et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter, tanquam ab uno principio, et unica spiratione procedit; cum id quod Sancti Doctores, et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur, Filium quoque esse,

secundum Graecos quidem, causam, secundum Latinos vero, principium subsistentiae Spiritus Sancti, sicut et Patrem. Cumque omnia quae Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dederit, praeter esse Patrem; hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Illamque verborum illorum, Filioque explicationem, veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationaliter Symbolo fuisse appositam.

Item in azymo, sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici. Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae ecclesiae, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.

Item si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, et omissis, eorum animas poenis Purgatorii post mortem purgari, et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta. Illorumque animas qui post Baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatae, in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Item Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum, et ipsum Pontificem Romanum Successorem esse beati Petri Prin-

cipis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in actis oecumenicorum conciliorum, et in sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia, quae ex decretis sacrae oecumenicae generalis Synodi Tridentinae, sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia, etiam ultra contenta in supradictis fidei Symbolis, profitenda ac recipienda proposuit atque praescripsit, ut sequitur.

Apostolicas et caetera omnia ut in fidei professione Tridentina.

LXII. Professio fidei Orientalibus, praescripta ab Urbano VIII et Benedicto XIV per Constitutionem 79. Nuper ad nos.

Ego N. firma fine etc. Credo in unum etc. ut in Tridentina fide.

Veneror etiam, et suscipio universales Synodos, prout sequitur, videlicet: Nicaenam primam, et profiteor, quod in ea contra Arium damnatae memoriae definitum est, Dominum Jesum Christum esse Filium Dei ex Patre natum unigenitum, id est ex substantia Patris natum, non factum, consubstantialem Patri, atque impias illas voces recte in eadem Synodo damnatas esse, quod aliquando non fuerit, aut quod factus sit ex iis, quae non sunt, aut ex alia substantia, vel essentia, aut quod sit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei; Constantinopolitanam primam, secundam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Macedonium damnatae memoriae definitum est, Spiritum Sanctum non esse servum, sed Dominum, non creaturam, sed Deum,

ac unam habentem cum Patre et Filio Deitatem; Ephesinam primam, tertiam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Nestorium damnatae memoriae definitum est, Divinitatem et Humanitatem ineffabili et imcomprehensibili unione in una persona Filii Dei unum nobis Jesum Christum constituisse, eaque de causa Beatissimam Virginem vere esse Dei Genitricem; Chalcedonensem, quartam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Eutychen et Dioscorum, ambos damnatae memoriae definitum est, unum eundemque Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum perfectum esse in Deitate, et perfectum in humanitate, Deum verum, et hominem verum ex anima rationali et corpore, consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato; ante saecula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem; unum, eundemque Christum Filium Dominum Unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, in unam personam, atque substantiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum, eundemque Filium et Unigenitum Deum Verbum Dominum Jesum Christum: Item ejusdem Domini nostri Jesu Christi Divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri et Spiritui Sancto, impassibilem esse, et immortalem, eundem autem crucifixum et mortuum tantummodo secundum carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo, et in epistola S. Leonis Romani Pontificis, cujus ore B. Petrum Apostolum locutum esse Patres in eadem Synodo acclamaverunt, per quam definitionem damnatur impia haeresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in praefata Chalcedonensi Synodo decan-

tato: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis misserere nobis, addebant: qui crucifixus es pro nobis, atque adeo divinam naturam trium Personarum passibilem asserebant, et mortalem; Constantinopolitanam secundam, quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi definitio renovata est; Constantinopolitanam tertiam, sextam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Monothelitas definitum est, in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo duas essc naturales voluntates, et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, et humanam ejus voluntatem non contrariam, sed subjectam divinae ejus atque omnipotenti voluntati; Nicaenam secundam, septimam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Iconoclastas definitum est, imagines Christi, ac Deiparae Virginis, necnon aliorum sanctorum habendas, et retinendas esse, atque eis debitum honorem et venerationem impertiendam; Constantinopolitanam quartam, octavam in ordine, et profiteor in ea Photium merito fuisse damnatum, et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum; veneror etiam, et suscipio omnes alias universales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum, et profiteor, quae in ea definita sunt, videlicet quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio et ex utroque aeternaliter, tamquam ab uno principio, et unica spiratione procedit; item dictionem illam Filioque, veritatis declarandae gratia, et imminente necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. Item in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae ecclesiae, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem. Item si vere poenitentes in Dei charitate decesserint,

antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, et omissis, eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari, et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia; Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, ac alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae institutum; illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae, sunt purgatae, in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum Trinum et Unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Item Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput, ac omnium christianorum patrem, ac doctorem existere, et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam, ut eadem Florentina Synodus asserit, in gestis oecumenicorum conciliorum et in Sacris Canonibus continetur. Item legalia veteris Testamenti, seu Mosaicae legis caeremonias, sacra sacrificia, et sacramenta, Domino Jesu Christo adveniente cessasse, et post promulgatum Evangelium sine peccato observari non posse; ejusdem etiam legis veteris ciborum mundorum et immundorum differentiam ad caeremonialia pertinere, quae surgente Evangelio transierunt: Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judaeos, et gentiles

dissensionis materia tolleretur, cujus Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Pariter veneror, et suscipio Tridentinam Synodum, et profiteor, quae in ea definita, et declarata sunt, et praesertim offerri Deo in Missa verum, proprium et propitiatorium sacrificium, pro vivis et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, juxta fidem, quae semper in Ecclesia Dei fuit, contineri vere . . . quam conversionem Catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat (ut in professione fidei Tridentina), et sub unaquaque specie, et singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri. Item septem esse novae legis Sacramenta a Christo Domino nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet baptismum (ut in prof. fid. Trid.) . . . . . iterari non posse. Item baptismum esse necessariam ad salutem, ac proinde, si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse, et a quocunque, et quandocunque sub debita materia et forma et intentione collatum, esse validum. Item Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter conjuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud Matrimonium contrahere fas esse. Item Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse, et venerandas. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo Ecclesiae relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse. Pariter, quae de peccato originali, de justificatione, de sacrorum librorum, tam veteris, quam novi Testamenti indice, et interpretatione in praefata Tridentina Synodo definita sunt, suscipio et profiteor. Caetera item omnia suscipio et profiteor, quae recipit et profitetur Sancta Romana Ecclesia, simulque contraria omnia, et schismata et haereses ab eadem Ecclesia damnatas, rejectas et

anathematizatas, ego pariter damno, rejicio et anathematizo. Insuper Romano Pontifici Beati Petri Principis Apostolorum successori, ac Jesu Christi vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Hanc fidem Catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest etc. ut in professione Tridentina.

Propositiones 79 Michaelis Baii, damnatae a. S. Pii V, bulla „Ex omnibus afflictionibus", etc. 1 Oct. 1567, necnon a Gregorio XIII, bulla „Provisionis nostrae", etc. 29 Jan. 1579, et ab Urbano VIII, bulla „In Eminenti", etc. 6 Mart. 1641.

1. Nec Angeli, nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia.

2. Sicut opus malum ex natura sua est mortis aeternae meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vitae aeternae meritorium.

3. Et bonis angelis, et primo homini, si in statu illo perserverasset usque ad ultimum vitae, felicitas esset merces, et non gratia.

4. Vita aeterna homini integro et angelo promissa fuit intuitu bonorum operum, et bona opera ex lege naturae ad illam consequendam per se sufficiunt.

5. In promissione facta angelo et primo homini continetur naturalis justitiae constitutio, qua pro bonis operibus sine alio respectu vita aeterna justis promittitur.

6. Naturali lege constitutum fuit homini, ut, si in obedientia perseveraret, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset.

7. Primi hominis integri merita fuerunt primae creationis munera; sed juxta modum loquendi scripturae sacrae non recte vocantur gratia: quo fit, ut tantum merita, non etiam gratia, debeant nuncupari.

8. In redemptis per gratiam Christi, nullum inveniri potest bonum meritum, quod sit gratis indigno collatum.

9. Dona concessa homini integro et angelo, forsitan, non improbanda ratione, possunt dici gratia; sed quia, secundum usum sacrae scripturae, nomine gratiae ea tantum munera intelliguntur, quae per Jesum Christum male merentibus et indignis conferuntur, ideo neque merita, neque merces, quae illis redditur, gratia dici debet.

10. Solutio poenae temporalis, quae peccato dimisso saepe manet, et corporis resurrectio proprie nonnisi meritis Christi adscribenda est.

11. Quod pie et juste in hac vita mortali usque in finem vitae conversati vitam consequimur aeternam, id non proprie gratiae Dei, sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutae justo Dei judicio deputandum est: neque in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam institutionem generis humani, in qua lege naturali constitutum est, ut justo Dei judicio obedientiae mandatorum vita aeterna reddatur.

12. Pelagii sententia est: opus bonum, citra gratiam adoptionis factum, non est regni caelestis meritorium.

13. Opera bona, a filiis adoptionis facta, non accipiunt rationem meriti ex eo quod fiant per spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei, sed tantum eo quod sint conformia legi, quodque per ea praestatur obedientia legi.

14. Opera bona justorum non accipient in die judicii extremi mercedem ampliorem, quam justo Dei judicio mereantur accipere.

15. Ratio meriti non consistit in eo quod qui bene operantur habeant gratiam et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum quod obediunt divinae legi.

16. Non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate.

17. Sentiunt cum Pelagio, qui dicunt esse necessarium ad rationem meriti, ut homo de gratia adoptionis sublimetur ad statum deificum.

18. Opera catechumenorum, ut Fides et Poenitentia ante remissionem peccatorum facta, sunt vitae aeternae merita: quam vitam ipsi non consequentur nisi prius praecedentium delictorum impedimenta tollantur.

19. Opera justitiae et temperantiae, quae Christus fecit, ex dignitate personae operantis non traxerunt majorem valorem.

20. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam aeternam.

21. Humanae naturae sublimatio et exaltatio in consortium divinae naturae debita fuit integritati primae conditionis, et proinde naturalis dicenda est, et non supernaturalis.

22. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Romanos II: Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, intelligunt de gentibus Fidei gratiam non habentibus.

23. Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio, dono quodam supernaturali et gratuito, supra conditionem naturae suae fuisse exaltatum, ut Fide, Spe, et Charitate Deum supernaturaliter coleret.

24. A vanis et otiosis hominibus, secundum insipientiam philosophorum, excogitata est sententia, quae ad pelagianismum rejicienda est, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturae superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus et in Dei filium adoptatus.

25. Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia.

26. Integritas primae creationis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed naturalis ejus conditio.

27. Liberum arbitrium, sine gratiae Dei adjutorio, nonnisi ad peccandum valet.

28. Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum.

29. Non soli fures ii sunt et latrones, qui Christum viam et ostium veritatis et vitae negant, sed etiam quicumque aliunde quam per ipsum in viam justitiae (hoc est aliquam justitiam) conscendi pose docent:

30. Aut tentationi ulli, sine gratiae ipsius adjutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea non superetur.

31. Charitas perfecta et sincera, quae est ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta, tam in catechumenis quam in poenitentibus, potest esse sine remissione peccatorum.

32. Charitas illa, quae est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.

33. Catechumenus juste, recte, et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quae in Baptismi lavacro demum percipitur.

34. Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet quo Deus amatur ut auctor naturae, et gratuiti quo Deus amatur ut beatificator, vana est et commentitia et ad illudendum sacris Litteris et plurimis veterum testimoniis excogitata.

35. Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est.

36. Amor natnralis, qui ex viribus naturae exoritur, ex sola philosophia per elationem praesumptionis humanae cum injuria crucis Christi defenditur a nonnullis doctoribus.

37. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturae solis viribus ortum ducit, agnoscit.

38. Omnis amor creaturae rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quae a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur.

39. Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit.

40. In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati.

41. Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum nomen libertatis a peccato.

42. Justitia, qua justificatur per Fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quae est operum justitia; non autem in gratia aliqua animae infusa, qua adoptatur homo in Filium Dei et secundum interiorem hominem renovatur ac divinae naturae consors efficitur, ut, sic per Spiritum Sanctum renovatus, deinceps bene vivere et Dei mandatis obedire possit.

43. In hominibus poenitentibus ante Sacramentum absolutionis, et in catechumenis ante Baptismum, est vera justificatio; separata tamen a remissione peccatorum.

44. Operibus plerisque, quae a fidelibus fiunt solum ut Dei mandatis pareant, cujusmodi sunt obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis obedientia et vera legis justitia; non tamen iis obtinent incrementa virtutum.

45. Sacrificium Missae non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus quod fit, ut sancta societate Deo homo inhaereat.

46 Ad rationem et definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quaestio est, sed causae et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium.

47. Unde peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem a qua originem habuit.

48. Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulo: eo quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium.

49. Et ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus decedens sine regenerationis Sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet, et legi Dei repugnet.

50. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitus patitur, sunt prohibita praecepto: Non concupisces.

51. Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava ejus desideria quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

52. Omne scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio.

53. Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus.

54. Definitiva haec sententia, Deum homini nihil impossibile praecepisse, falso tribuitur Augustino, cum Pelagii sit.

55. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

56. In peccato duo sunt, actus et reatus; transeunte autem actu, nihil manet nisi reatus sive obligatio ad poenam.

57. Unde in sacramento Baptismi aut sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, et ministerium sacerdotum solum liberat a reatu.

58. Peccator poenitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui, poenitentiam suggerens et inspirans, vivificat eum et resuscitat: ministerio autem sacerdotis solum reatus tollitur.

59. Quando per eleemosynas aliaque poenitentiae opera Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte, redemptores); sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, et communicatur.

60. Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta; sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impertiuntur, ut digni simus qui pretio sanguinis Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur.

61. Illa doctorum distinctio, divinae legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum aeternum (hoc est ad modum meritorium), commentitia est et explodenda.

62. Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto et omnibus circumstantiis rectum est et bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt), vel quia est meritorium regni aeterni eo quod sit a vivo Christi membro per spiritum charitatis, rejicienda est.

63. Sed et illa distinctio duplicis justitiae, alterius quae fit per spiritum charitatis inhabitantem, alterius quae fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis et in eo charitatem diffundentis, qua divinae legis justificatio impleatur, similiter rejicitur.

64. Item et illa distinctio duplicis vivificationis, alterius qua vivificatur peccator, dum ei poenitentiae et vitae novae propositum et inchoatio per Dei gratiam inspiratur, alterius qua vivificatur qui vere justificatur, et palmes vivus in vite Christo efficitur, pariter commentitia est et scripturis minime congruens.

65. Nonnisi pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus: et gratiae Christi injuriam facit, qui ita sentit et docet.

66. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

67. Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessario facit.

68. Infidelitas pure negativa, in his quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.

69. Justificatio impii fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem et inspirationem gratiae, quae per eam justificatos faciat implere legem.

70. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram charitatem: et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.

71. Per contritionem etiam cum charitate perfecta et cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen, extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti.

72. Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde et Job et martyres, quae passi sunt, propter peccata sua passi sunt.

73. Nemo, praeter Christum, est absque peccato originali: hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita,

sicut et aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis.

74. Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut et alii habitus pravi.

75. Motus pravi concupiscentiae sunt, pro statu hominis vitiati, prohibiti praecepto: Non concupisces; unde homo eos sentiens, et non consentiens, transgreditur praeceptum: Non concupisces, quamvis transgressio in peccatum non deputetur.

76. Quamdiu aliquid concupiscentiae carnalis in diligente est, non facit praeceptum: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo.

77. Satisfactiones laboriosae justificatorum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatam.

78. Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio.

79. Falsa est doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari et institui sine justitia naturali.

Quas quidem sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quanquam nonnullae aliquo pacto sustineri possent [1], in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento haereticas, erroneas, suspectas, temerarias scandalosas et in pias aures offensionem immittentes respective . . . damnamus.

[1] Hoc est celeberrimum comma Pianum quod haeretici ab hoc loco ad alterum post vocabulum *intento* transferebant, ita ut sensus plane immutaretur. Qua de re consule Tournelium, Tract. de gratia Christi qu. 3 §. Momenta ex parte materiae bullarum adversus Bajum, et Kilber Tract. de gratia disp. 4. c. 2 de variis circa gratiam erroribus art. 4 quaeres 2. Viva ad prop. 31 Alex. VIII B n. 13.

LXIV. Decreta quaedam de Immaculata Conceptione.

A. Pius V bulla *Super speculam* a. 1570 prohibet, ne de hac materia in concionibus vel in libris lingua vernacula scriptis tractetur, liceat tamen inter eruditos disputare; innovat constitutiones Sixti IV.

B. Paulus V bulla *Regis pacifici* 6 Jul. 1616 innovat constitutiones Sixti IV et Pii V augetque poenas.

C. Paulus V decreto S. Inquisitionis 31 Aug. 1617 prohibet, ne in concionibus, lectionibus aliisque publicis actibus asseratur, Beatam Virginem cum peccato originali conceptam fuisse.

D. Gregorius XV decreto S. Inquisitionis 24 Maji 1622 prohibet ne etiam in colloquiis privatis id fiat, exceptis tamen iis, quibus a S. Sede apostolica fuerit super hoc specialiter indultum.

E. Ex Alexandri VII constitutione *Sollicitudo omnium ecclesiarum* 3. Dec. 1661:

Vetus est Christi fidelium erga ejus beatissimam Matrem V. M. pietas, sentientium ejus animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus filii humani generis redemptoris, a macula peccati originalis praeservatam immunem atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium et celebrantium. Crevitque eorum atque hujusmodi cultus post editas a fel. rec. Sixto IV. praedecessore nostro in ejus commendatione apostolicas constitutiones, quas S. Conc. Trid. innovat . . . Aucta rursus et propagata fuit pietas haec et cultus erga Deiparam . . . ita ut, accedentibus quoque plerisque celebrioribus academiis ad hanc sententiam, jam fere omnes catholici eam complectantur . . . Constitutiones et decreta a Romanis Pontificibus, praede-

cessoribus nostris et praecipue a Sixto IV; Paulo V, Gregorio XV edita in favorem sententiae asserentis, animam B. V. M. in sua creatione et in corpus infusione Spiritus Sancti gratia donatam et a peccato originali praeservatam fuisse, nec non et in favorem festi et cultus conceptionis ejusdem Virginis Deiparae secundum piam istam sententiam, ut praefertur exhibiti, innovamus et sub censuris et poenis in eisdem constitutionibus contentis observari mandamus.

LXV. Clementis VIII decretum de absolutione in absentia per scriptum vel per internuncium, 20 Jun. 1602.

SS. D. N. etc. Re mature ac diligenter considerata hanc propositionem, (scilicet licere per litteras, seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere), ad minus uti falsam, temerariam et scandalosam damnavit ac prohibuit, praecepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisve lectionibus, concionibus et congressibus doceatur neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur aut ad praxim quovis modo deducatur.

LXVI. Decretum S. Officii coram Urbano VIII 6 Sep. 1625 relatum a Benedicto XIV in litteris ad Archiepiscopum Tarsensem de baptismo Judaeorum.

Sacra congregatio universalis Inquisitionis habita coram Sanctissimo, relatis litteris episcopi Antibarensis, in quibus supplicabat pro resolutione infrascripti dubii: An cum sacerdotes coguntur a Turcis, ut baptizent eorum filios non ut christianos efficiant, sed pro corporali salute, ut liberentur a foetore, comitiali morbo, maleficiorum periculo et lupis, an in tali casu possint saltem ficte eos

baptizare, adhibita baptismi materia sine debita forma? Respondit negative, quia baptismus est janua sacramentorum ac protestatio fidei, nec ullo modo fingi potest.

LXVII. Propositio, qua asseritur aequalitas Sanctorum Petri et Pauli, damnata ab Innocentio X, decreto Congregationis generalis sanctae romanae et universalis Inquisitionis 29 Jan. 1674.

Sanctissimus, relata unanimi theologorum ad hoc specialiter deputatorum censura, et auditis votis eminentissimorum et reverendissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum, propositionem hanc: S. Petrus et S. Paulus sunt duo Ecclesiae principes qui unicum efficiunt, vel: sunt duo Ecclesiae catholicae coryphaei ac supremi duces summa inter se unitate conjuncti, vel: sunt geminus universalis Ecclesiae vertex qui in unum divinissime coaluerunt, vel: sunt duo Ecclesiae summi pastores ac praesides qui unicum caput constituunt, ita explicatam, ut ponat omnimodam aequalitatem inter S. Petrum et S. Paulum sine subordinatione et subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema et regimine universalis Ecclesiae, haereticam censuit et declaravit.

LXVIII. Propositiones 5 Cornelii Jansenii, ex ejus libro cui titulus: „Augustinus" excerptae, damnatae ab Innocentio X, constitutione „Cum occasione" 31 Maji 1653, necnon ab Alexandro VII constitutione „Ad sanctam B. Petri Sedem" 16 Oct. 1665, tum constitutione „Regiminis apostolici" 15. Febr. 1664, in qua formularium edidit; denique a Clemente XI, constitutione „Vineam Domini Sabaoth" 16 jul. 1705.

1. Aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus et conantibus, secundum praesentes quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque illis gratia, qua possibilia

fiant. Declarata et damnata uti temeraria, impia, blasphema, anathemate damnanda, et haeretica.

2. Interiori gratiae in statu naturae lapsae nunquam resistitur. Declarata et damnata uti haeretica.

3. Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione. Declarata et damnata uti haeretica.

4. Semipelagiani admittebant praevenientis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei; et in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. Declarata et damnata uti falsa et haeretica.

5. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse. Declarata et damnata uti falsa, temeraria, scandalosa, et (intellecta eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat praedestinatorum mortuus sit) impia, blasphema, contumeliosa, divinae pietati derogans, et haeretica.

Damnatis a Summis Pontificibus Jansenii propositionibus ad illam cavillationem recurrerunt Janseniani, ut dicerent eas damnabiles quidem, sed eum non fuisse sensum Jansenii. Hinc Alexander VII per constitutionem „Cum ad S. Petri Sedem“ 16 Oct. 1665 haec declaravit: „Quinque illas propositiones ex libro praememorati Cornelii Jansenii episcopi Yprensis, cui titulus est: Augustinus, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse definimus et declaramus“ postea vero constitutione „Regiminis apostolici“ 15 Febr. 1664 sequens formularium subscribendum edixit:

Ego N. constitutioni apostolicae Innocentii X, datae die 31 Maii 1653, et constitutioni Alexandri VII, datae die 16 Octobris 1665, summorum Pontificum, me subjicio,

et quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro cui nomen Augustinus, excerptas, et in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas constitutiones Sedes apostolica damnavit, sincero animo rejicio ac damno, et ita juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei evangelia.

Cum vero aliqui Belgii Antistites quaedam formulario addidissent, Innocentius XII Brevi 6 Febr. 1694 post confirmatas Innocentii X et Alexandri VII constitutiones fieri prohibuit, ac formularium in sensu obvio ab omnibus sumi jussit; altero vero brevi 24 Nov. 1696 declaravit se hoc decreto nullatenus derogare constitutioni Alexandri VII. Denique Clemens XI constitutione „Vineam Domini" quam infra damus omnem viam praeclusit subterfugiis Jansenistarum quoad factum dogmaticum, et Innocentii X et Alexandri VII constitutiones innovavit.

LXIX. Propositiones damnatae ab Alexandro VII.

A. Die 24 Sept. 1665.

1. Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charitatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia asserens bullam Coenae solum prohibere absolutionem haeresis et aliorum criminum quando publica sunt, et id non derogare facultati Tridentini in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629, 18 Julii in Consistorio sacrae Congregationis eminentissimorum Cardinalium visa et tolerata est.

4. Praelati regulares possunt in foro conscientiae absolvere quoscumque saeculares ab haeresi occulta et ab excommunicatione propter eam incursa.

5. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse haereticum, non teneris denuntiare, si probare non possis.

6. Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit poenitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denuntiandus.

7. Modus evitandi obligationem denuntiandae sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante: hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi.

8. Duplicatum stipendium potest sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post decretum Urbani VIII.

9. Post decretum Urbani potest sacerdos, cui Missae celebrandae traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10. Non est contra justitiam, pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, et sacrificium unum offerre. Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confessione omissa seu oblita ob instans periculum vitae, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

12. Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13. Satisfacit praecepto annuae Confessionis, qui confitetur regulari Episcopo praesentato, sed ab eo injuste reprobato.

14. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit praecepto Ecclesiae.

15. Poenitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat.

16. Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Est licitum religioso vel clerico calumniatorem gravia crimina de se vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit: uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi religioso, vel ejus religioni publice et coram gravissimis viris praedicta impingere, nisi occidatur.

18. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19. Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.

20. Restitutio a Pio V imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit poena.

24. Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suae obligationi, si officium per alium recitet.

22. Non est contra justitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis: quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, pecunia interveniente, nen exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiae, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subjicere praecepto.

24. Mollities, sodomia, et bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimae; ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis praecepto dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones aeque probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius prae alio.

27. Si liber sit alicujus junioris et moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse a Sede apostolica tamquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a principe promulgatam.

B. Die 18 Martii 1666.

29. In die jejunii, qui saepius modicum quid comedit, non frangit jejunium.

30. Omnes officiales, qui in republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31. Excusantur absolute a praecepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, et etiamsi iter unius diei conficiant.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova et lacticinia in quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die palmarum recitans officium paschale satisfacit praecepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere duplici praecepto pro die praesenti et crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiae uti privilegiis suis, quae sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiae concessae regularibus, et revocatae a Paulo V, hodie sunt revalidatae.

38. Mandatum Tridentini, factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non praeceptum.

39. Illa particula „quamprimum" intelligitur, cum sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quae dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem, quae ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris et pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo regalo, dum, deficiente illa, nimis aegre ageret vitam, et aliae epulae taedio magno concubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiae, reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.

45. Libri prohibiti „donec expurgentur" possunt, retineri usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Omnes damnatae et prohibitae ut minimum tamquam scandalosae.

LXX. Alexandri VII decretum 5 Maji 1667, super attritione ex metu gehennae, etc.

Ss. D. N. Alexander Papa VII, cum acceperit non sine gravi animi moerore, scholasticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa attritio, quae concipitur ex metu gehennae excludens

voluntatem peccandi cum spe veniae, ad impetrandam gratiam in sacramento Poenitentiae requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, asserentibus quibusdam, negantibus aliis, et invicem adversam sententiam censurantibus; Sanctitas Sua enixe cupiens pacis vinculum inter fideles servari omnemque scissurae fomitem extinguere, auditis votis Eminentiss. ac Reverendiss. DD. Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum, nec non DD. Consultorum et Qualificatorum sacrae Congregationis ejusdem generalis Inquisitionis, hoc praesenti decreto in virtute sanctae obedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae huic sanctae Sedi reservatae, aliisque poenis ejusdem sanctae Sedis arbitrio taxandis, praecipit cunctis et singulis fidelibus, quocumque gradu ac dignitate, etiam episcopali et majori, imo et cardinalitia, fulgentibus, ut si deinceps de materia attritionis praefatae scribent, vel libros aut scripturas edent, vel docebunt, vel praedicabunt, vel alio quovis modo poenitentes aut scholares caeterosque erudient, non audeant alicujus theologicae censurae alteriusve injuriae aut contumeliae nota taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualis dilectionis Dei in praefata attritione ex metu gehennae concepta, quae hodie inter scholasticos communior videtur, sive asserentem dictae dilectionis necessitatem, donec ab hac sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum.

LXXI. Propositiones damnatae sub Innocentio XI.

A. Decretum d. 2 Martii 1679.

1. Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni

urrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non ; in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut epispalis.

2. Probabiliter existimo judicem posse judica rejuxta inionem etiam minus probabilem.

3. Generatim, dum probabilitate sive intrinseca sive trinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus n exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter imus.

4. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, otus opinione minus probabili.

5. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei nel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinenniis per se obligare praeceptum charitatis erga Deum.

7. Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, non habemus aliam viam qua justificari possimus.

8. Comedere et bibere usque ad satietatem ob solam luptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini; ia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum ni penitus caret culpa ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno formali.

11. Praecepto proximum diligendi satisfacere possuus per solos actus externos.

12. Vix in saecularibus invenies, etiam in regibus, perfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemoam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes absque ccato mortali de vita alicujus tristari, et de illius morte turali gaudere, illam inefficaci affectu petere et desiderare, n quidem ex displicentia personae, sed ob aliquod temrale emolumentum.

14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obventura est pinguis haereditas.

15. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex haereditate consecutas.

16. Fides non censetur cadere sub praeceptum speciale et secundum se.

17. Satis est actum Fidei semel in vita elicere.

18. Si a potestate publica quis interrogetur, Fidem ingenue confiteri, ut Deo et fidei gloriosum consulo: tacere, ut peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habebat supernaturalem.

21. Assensus Fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, imo cum formidine, qua quis formidet ne non sit locutus Deus.

22. Nonnisi Fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides late dicta, ex testimonio creaturarum similive motivo, ad justificationem sufficit.

24. Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis sive gravis.

26. Si quis, vel solus vel coram aliis, sive interrogatus sive propria sponte, sive recreationis causa sive quocumque alio fine juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod

non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens et studiosa.

28. Qui mediante commendatione vel munere ad magistratum vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali praestare juramentum, quod de mandato regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem qui nititur calumniam inferre, si aliter haec ignominia vitari nequit: idem quoque dicendum, si quis impingat alapam vel fuste percutiat, et post impactam alapam vel ictum fustis fugiat.

31. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32. Non solum licitum est defendere defensione occisiva quae actu possidemus, sed etiam ad quae jus inchoatum habemus, et quae nos possessuros speramus.

33. Licitum est tam haeredi quam legatario, contra injuste impedientem ne vel haereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere; sicut et jus habenti in cathedram vel praebendam, contra earum posessionem injuste impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem foetus, ne puella deprehensa gravida occidatur aut infametur.

35. Videtur probabile, omnem foetum (quamdiu in utero est) carere anima rationali et tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur; ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli et famulae domesticae possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.

38. Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40. Contractus mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personae, et cum contractu retrovenditionis praevie inito cum intentione lucri.

41. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, et nullus sit qui non majoris faciat pecuniam praesentem quam futuram; potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, et eo titulo ab usura excusari.

42. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tamquam ex benevolentia et gratitudine debitum, sed solum si exigatur tamquam ex justitia debitum.

43. Quidni nonnisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam, falso crimine elidere?

44. Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam et honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in theologia.

45. Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dum-

taxat tamquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra.

46. Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur quam res spiritualis.

47. Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos digniores et ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint, ad ecclesias promovent: Concilium vel primo videtur per hoc „digniores" non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundo locutione minus propria ponit „digniores", ut excludat indignos, non vero dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus.

48. Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, et solum esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

49. Mollities jure naturae prohibita non est. Unde, si Deus eam non interdixisset, saepe esset bona, et aliquando obligatoria sub mortali.

50. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, et multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Praeceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53. Satisfacit praecepto Ecclesiae de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor, simul a diversis celebrantibus audit.

54. Qui non potest recitare Matutinum et Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur; quia major pars trahit ad se minorem.

55. Praecepto Communionis annuae satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens Confessio et Communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota praedestinationis.

57. Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam.

58. Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59. Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos, ratione magni concursus poenitentium, qualis verbi gratia potest contingere in die magnae alicujus festivitatis aut indulgentiae.

60. Poenitenti habenti consuetudinem pecandi contra legem Dei, naturae, aut Ecclesiae, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio: dummodo ore proferat, se dolere et proponere emendationem.

61. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest et non vult omittere, quinimo directe et ex proposito quaerit, aut ei se ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit.

63. Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi, pro bono spirituali vel temporali nostro, vel proximi.

64. Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ıorantia mysteriorum Fidei, et etiamsi per negligentiam am culpabilem nesciat mysterium sanctissimae Trinitatis Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi.

65. Sufficit illa mysteria semel credidisse.

Omnes damnatae et prohibitae, sicut jacent, ut nimum tamquam scandalosae et in praxi perniciosae.

Summus Pontifex decretum concludit his verbis: ındem, ut ab injuriosis contentionibus doctores seu holastici, aut alii quicumque in posterum se abstineant, ut paci et charitati consulatur, idem Sanctissimus in tute sanctae obedientiae eis praecipit, ut tam in libris primendis ac manuscriptis, quam in thesibus, disputanibus, ac praedicationibus caveant ab omni censura nota, necnon a quibuscumque conviciis contra eas opositiones, quae adhuc inter catholicos hinc inde conıvertuntur, donec a Sancta Sede, re cognita, super dem propositionibus judicium proferatur.

Propositiones duae ab Innocentio XI 23. Nov. 1679 decreto S Inquisitionis confixae.

1. Deus donat nobis omnipotentiam suam, ut ea amur, sicut aliquis donat alteri villam, aut librum.

2. Deus subjicit nobis suam omnipotentiam.

Prohibentur uti temerariae ad minimum et novae.

XXII. Decretum S. Congregationis Cardinalium ıncilii Tridentini interpretum 12. Febr. 1679, approbatum ab Innocentio XI.

Cum ad aures Summi Pontificis devenisset, in quibusm dioecesibus vigere usum quotidianae communionis simul affirmari eamdem praeceptam esse jure divino

atque praeter alios abusus, quosdam peccata venialia sacerdotibus non approbatis confiteri, sacra congregatio de his ita statuit: Usum quotidianae vel frequentis communionis semper probatum fuisse a Patribus, nihil tamen hac in re praecepisse Concilium Tridentinum, sed tantum optasse ut in singulis missis fideles adstantes sacramentaliter communicarent. Idque merito, cum ex altera parte magna sit humana infirmitas, ex altera multa gratiae dona a Deo concessa, quae humanis oculis scrutari non possimus.

„In hoc igitur pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti aut quotidiana Sacrae Communionis sumptione unica praecepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se aut parochos seu confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat, ut nemo a Sacro Convivio, seu frequenter seu quotidie accesserit, repellatur, et nihilomnius det operam, ut unusquisque digne pro devotionis et praeparationis modo rarius aut crebrius Dominici corporis suavitatem degustet". Idem valere quoad laicos negotiatores et conjugatos. „In conjugatis autem hoc amplius animadvertent, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admoneant tanto magis ob Sacratissimae Eucharistiae reverentiam continentiae vacandum puriorique mente ad coelestium epularum communionem esse conveniendum" . . . . „Porro episcopi et parochi seu confessarii redarguant asserentes communionem quotidianam esse de jure divino" . . . . „Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici sacerdoti non approbato ab episcopo aut Ordinario."

XXIII. Propositio de usu scientiae ex confessione acquisitae, prohibita decreto S. Inquisitionis 18 Nov. 1682.

Scientia ex confessione acquisita uti licet, modo fiat ıe directa aut indirecta revelatione et gravamine poeni- ıtis, nisi aliud multo majus ex non usu sequatur, in jus comparatione prius merito contemnatur. Addita inde explicatione, sive limitatione, quod sit intelligenda usu scientiae ex confessione aequisitae cum gravamine enitentis, seclusa quacunque revelatione, atque in casu o multo majus gravamen ejusdem poenitentis ex non u sequeretur.

Statutum est, „dictam propositionem, quatenus ad- ttit usum dictae scientiae cum gravamine poenitentis mino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione 'e limitatione".

XXIV. Propositiones 68 Michaelis de Molinos amnatae ab Innocentio XI, constitutione „Caelestis Pastor" etc. 20 Nov. 1687.

1. Oportet hominem suas potentias annihilare, et ec est via interna.

2. Velle operari active, est Deum offendere, qui lt esse ipse solus agens: et ideo opus est seipsum in ıo totum et totaliter derelinquere, et postea permane:e lut corpus exanime.

3. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis im- ditiva.

4. Activitas naturalis est gratiae inimica, impeditque ı operationes et veram perfectionem; quia Deus operari lt in nobis sine nobis.

5. Nihil operando anima se annihilat, et ad ipsum principium redit et ad suam originem, quae est essentia Dei, in qua transformata remanet ac divinizata, et Deus tunc in se ipso remanet; quia tunc non sunt amplius duae res unitae, sed una tantum, et hac ratione Deus vivit et regnat in nobis, et anima seipsam annihilat in esse operativo.

6. Via interna est illa, qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio; et non oportet Deum cognoscere, et hoc modo recte proceditur.

7. Non debet anima cogitare nec de praemio, nec de punitione, nec de paradiso, nec de inferno, nec de morte, nec de aeternitate.

8. Non debet velle scire, an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate resignata maneat necne; nec opus est ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil; sed debet ut corpus exanime manere.

9. Non debet anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cujuscumque rei, et in via interna omnia reflexio est nociva, etiam reflexio ad suas humanas actiones et ad proprios defectus.

10. Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi: et ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est.

11. Ad dubia quae occurrunt, an recte procedatur necne, non opus est reflectere.

12. Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de inferno, nec de paradiso; nec debet desiderium habere propriae perfectionis, nec virtutum, nec propriae sanctitatis, nec propriae salutis, cujus spem expurgare debet.

13. Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda est cogitatio et cura de omni re nostra, et inquere ut faciat in nobis sine nobis suam divinam luntatem.

14. Qui divinae voluntati resignatus est, non convenit a Deo rem aliquam petat; quia petere est imperfectio, m sit actus propriae voluntatis et electionis, et est lle quod divina voluntas nostrae conformetur, et non od nostra divinae: et illud Evangelii: Petite et accipietis, n est dictum a Christo pro animabus internis, quae lunt habere voluntatem: imo hujusmodi animae eo rveniunt, ut non possint a Deo rem aliquam petere.

15. Sicut non debent a Deo rem aliquam petere, nec illi ob aliquam gratias agere debent; quia utrum-e est actus propriae voluntatis.

16. Non convenit indulgentias quaerere pro poena opriis peccatis debita; quia melius est divinae justitiae tisfacere, quam divinam misericordiam quaerere: quoniam ud ex puro Dei amore procedit, et istud ab amore stri interessato, nec est Deo grata nec meritoria, quia t velle crucem fugere.

17. Tradito Deo libero arbitrio, et eidem relicta ra et cogitatione animae nostrae, non est amplius benda ratio tentationum; nec eis alia resistentia fieri bet nisi negativa, nulla adhibita industria; et si natura mmovetur, oportet sinere ut commoveatur, quia est tura.

18. Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, speciebus, propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu et ritate.

19. Qui amat Deum eo modo quo ratio argumentur aut intellectus comprehendit, non amat verum eum.

20. Asserere quod in oratione opus est sibi per discursum auxilium ferre et per cogitationes, quando Deus animam non alloquitur, ignorantia est. Deus nunquam loquitur, ejus locutio est operatio, et semper in anima operatur, quando haec suis discursibus, cogitationibus, operationibus eum non impedit.

21. In oratione opus est manere in Fide obscura et universali, cum quiete et oblivione cujuscumque cogitationis particularis ac distinctae attributorum Dei ac Trinitatis, et sic in Dei praesentia manere ad illum adorandum et amandum, eique inserviendum; sed absque productione actuum, quia Deus in his sibi non complacet.

22. Cognitio haec per Fidem non est actus a creatura productus, sed est cognitio a Deo creaturae tradita, quam creatura se habere non cognoscit, nec postea cognoscit se illam habuisse: et idem dicitur de amore.

23. Mystici cum S. Bernardo in scala claustralium distinguunt quatuor gradus: lectionem, meditationem, orationem, et contemplationem infusam. Qui semper in primo sistit, nunquam ad secundum pertransit. Qui semper in secundo persistit, nunquam ad tertium pervenit, qui est nostra contemplatio acquisita, in qua per totam vitam persistendum est, dummodo Deus animam non trahat (absque eo quod ipsa id expectet) ad contemplationem infusam: et hac cessante, anima regredi debet ad tertium gradum et in ipso permanere, absque eo, quod amplius redeat ad secundum aut primum.

24. Qualescumque cogitationes in oratione occurrant, etiam impurae, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem et sacramenta, si voluntarie non nutriantur, nec voluntarie expellantur, sed cum indifferentia et resignatione tolerentur, non impediunt orationem Fidei: imo eam perfectiorem efficiunt, quia anima tunc magis divinae voluntati resignata remanet.

25. Etiamsi superveniat somnus et dormiatur, nihilominus fit oratio et contemplatio actualis: quia oratio et resignatio idem sunt, et dum resignatio perdurat, perdurat et oratio.

26. Tres illae viae: purgativa, illuminativa et unitiva, est absurdum maximum quod dictum fuerit in mystica: cum non sit nisi unica via, scilicet via interna.

27. Qui desiderat et amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat nec quaerit Deum, sed seipsum; et male agit, cum eam desiderat et eam habere conatur, qui per viam internam incedit, tam in locis sacris quam in diebus solemnibus.

28. Taedium rerum spiritualium bonum est, siquidem per illud purgatur amor proprius.

29. Dum anima interna fastidit discursus de Deo et virtutes, frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est.

30. Totum sensibile, quod exprimitur in vita spirituali, est abominabile, spurcum et immundum.

31. Nullus meditativus veras virtutes exercet internas, quae non debent a sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes.

32. Nec ante, nec post Communionem alia requiritur praeparatio, aut gratiarum actio (pro istis animabus internis), quam permanentia in solita resignatione passiva; quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui possunt et fiunt in via ordinaria. Et si hac occasione Communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt quoties non dignoscatur eos esse ex impulsu speciali Dei: alias sunt impulsus naturae nondum mortuae.

33. Male agit anima, quae procedit per hanc viam internam, si in diebus solemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum:

quoniam animae internae omnes dies sunt aequales, omnes festivi. Et idem dicitur de locis sacris; quia hujusmodi animabus omnia loca aequalia sunt.

34. Verbis et lingua gratias agere Deo, non est pro animabus internis, quae in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo quod operetur in illis; et quo magis Deo se resignant, experiuntur se non posse orationem dominicam seu Pater noster recitare.

35. Non convenit animabus hujus viae internae, quod faciant operationes etiam virtuosas ex propria electione et activitate: alias non essent mortuae. Nec debent elicere actus amoris erga beatam Virginem, Sanctos, aut humanitatem Christi: quia, cum ista objecta sensibilia sint, talis est amor erga illa.

36. Nulla creatura, nec Beata Virgo, nec Sancti sedere debent in nostro corde; quia solus Deus vult illud occupare et possidere.

37. In occasione tentationum etiam furiosarum, non debet anima elicere actus explicitos virtutum oppositarum, sed debet in supradicto amore et resignatione permanere.

38. Crux voluntaria mortificationum, pondus grave est et infructuosum, ideoque dimittenda.

39. Sanctiora opera et poenitentiae quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad removendam ab anima vel unicam adhaesionem.

40. Beata Virgo nullum unquam opus exterius peregit, et tamen fuit Sanctis omnibus sanctior. Igitur ad sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori.

41. Deus permittit et vult ad nos humiliandos et ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, daemon violentiam inferat earum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia et sine mentis offus-

catione movendo physice illarum manus et alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos: in quo casu non sunt peccata, quia his non adest consensus.

42. Potest dari casus, quod hujusmodi violentiae ad actus carnales contingant eodem tempore ex parte duarum personarum, scilicet maris et foeminae, et ex parte utriusque sequatur actus.

43. Deus praeteritis saeculis sanctos efficiebat tyrannorum ministerio; nunc vero eos efficit sanctos ministerio daemonum, qui, causando in eis praedictas violentias, facit ut illi seipsos magis despiciant atque annihilent, et se Deo resignent.

44. Job blasphemavit, et tamen non peccavit labiis suis; quia fuit ex daemonis violentia.

45. Sanctus Paulus hujusmodi daemonis violentias in suo corpore passus est: unde scripsit: Non quod volo bonum, hoc ago; sed, quod nolo malum, hoc facio.

46. Hujusmodi violentiae sunt medium magis proportionatum ad annihilandam animam, et ad eam ad veram transformationem et unionem perducendam, nec alia superest via: et haec est via facilior et tutior.

47. Cum hujusmodi violentiae occurrunt, sinere oportet ut satanas operetur, nullam adhibendo industriam, nullumque proprium conatum, sed permanere debet homo in suo nihilo: et etiamsi sequantur pollutiones et actus obsoecni propriis manibus, et etiam pejora, non opus est se ipsum inquietare, sed foras emittendi sunt scrupuli, dubia, et timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, et acquiritur sancta libertas. Et prae omnibus non opus est haec confiteri, et sanctissime fit non confitendo; quia hoc pacto superatur daemon, et acquiritur thesaurus pacis.

48. Satanas, qui hujusmodi violentias infert, suadet deinde gravia esse delicta, ut anima se inquietet, ne in via interna ulterius progrediatur: unde ad ejus vires enervandas melius est ea non confiteri; quia non sunt peccata, nec etiam venialia.

49. Job ex violentia daemonis se propriis manibus polluebat, eodem tempore, quo mundas habebat ad Deum preces (sic interpretando locum ex capite XVI. Job).

50. David, Jeremias, et multi ex sanctis prophetis hujusmodi violentias patiebantur harum impurarum operationum externarum.

51. In sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos; uti illud de Samsone qui per violentiam se ipsum occidit cum Philistaeis, conjugium iniit cum alienigena, et cum Dalila meretrice fornicatus est, quae alias erant prohibita, et peccata fuissent; de Juditha, quae Holoferni mentita fuit; de Elisaeo, qui pueris maledixit; de Elia, qui combussit duces cum turmis regis Achab. An vero fuerit violentia immediate a Deo peracta, vel daemonum ministerio, ut in aliis animabus contingit, in dubio relinquitur.

52. Cum hujusmodi violentiae, etiam impurae, absque mentis offuscatione accidunt, tunc anima Deo potest uniri, et de facto semper magis unitur.

53. Ad cognoscendum in praxi an aliqua operatio in aliis personis fuerit violenta, regula quam de hoc habeo, nedum sunt protestationes animarum illarum, quae protestantur se dictis violentiis non consensisse, aut jurare non posse quod iis consenserint, et videre quod sint animae quae proficiunt in via interna; sed regulam sumerem a lumine quodam actuali cognitione humana ac theologica superiore, quod me certo cognoscere facit cum interna certitudine quod talis operatio est violenta: et certus sum quod hoc lumen a Deo procedit, quia ad me pro-

venit conjunctum cum certitudine quod a Deo proveniat; et mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium: eo modo, quo interdum contingit, quod Deus, aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddit, quod ipse sit qui revelat, et anima in contrarium non potest dubitare.

54. Spirituales vitae ordinariae in hora mortis se delusos invenient et confusos, et cum omnibus passionibus in alio mundo purgandis.

55. Per hanc viam internam pervenitur, etsi multa cum sufferentia, ad purgandas et extinguendas omnes passiones, ita quod nihil amplius sentitur, nihil, nihil: nec ulla sentitur inquietudo, sicut corpus mortuum, nec anima se amplius commoveri sinit.

56. Duae leges et duae cupiditates (animae una et amoris proprii altera) tamdiu perdurant, quamdiu perdurat amor proprius: unde quando hic purgatus est et mortuus, ut fit per viam internam, non adsunt amplius illae duae leges et duae cupiditates, nec ulterius lapsus aliquis incurritur, nec aliquid sentitur amplius, ne quidem veniale peccatum.

57. Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non faciendi amplius peccata, nec mortalia nec venialia.

58. Ad hujusmodi statum pervenitur, non reflectendo amplius ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur.

59. Via interna sejuncta est a Confessione, a confessariis, et a casibus conscientiae, a theologia, et philosophia.

60. Animabus provectis, quae reflexionibus mori incipiunt, et eo etiam perveniunt ut sint mortuae, Deus Confessionem aliquando efficit impossibilem, et supplet ipse tanta gratia praeservante, quantam in sacramento

reciperent: et ideo hujusmodi animabus non est bonum in tali casu ad sacramentum Poenitentiae accedere, quia id est in illis impossibile.

61. Anima, cum ad mortem mysticam pervenit, non potest amplius aliud velle, quam quod Deus vult, quia non habet amplius voluntatem, et Deus illi eam abstulit.

62. Per viam internam pervenitur ad continuum statum immobilem in pace imperturbabili.

63. Per viam internam pervenitur etiam ad mortem sensuum: quinimo signum quod quis in statu nihilitatis maneat, id est mortis mysticae, est, si sensus exteriores non repraesentent amplius res sensibiles, unde sint ac si non essent, quia non perveniunt ad faciendum quod intellectus se ad eas applicet.

64. Theologus minorem dispositionem habet quam homo rudis ad statum contemplativi: primo quia non habet Fidem adeo puram, secundo quia non est adeo humilis, tertio quia non adeo curat propriam salutem, quarto quia caput refertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus, et speculationibus, et non potest in illum ingredi verum lumen.

65. Praepositis obediendum est in exteriore, et latitudo voti obedientiae religiosorum tantummodo ad exterius pertingit. In interiore vero aliter se res habet, quo solus Deus et director intrant.

66. Risu digna est nova quaedam doctrina in Ecclesia Dei, quod anima quoad internum gubernari debeat ab Episcopo: quod si Episcopus non sit capax, anima ipsum cum suo directore adeat. Novam dico doctrinam; quia nec sacra Scriptura, nec Concilia, nec canones, nec bullae, nec sancti, nec auctores eam umquam tradiderunt, nec tradere possunt: quia Ecclesia non judicat de occultis, et anima jus habet eligendi quemcumque sibi bene visum.

67. Dicere quod internum manifestandum est exteriori tribunali praepositorum, et quod peccatum sit id non facere, est manifesta deceptio: quia Ecclesia non judicat de occultis, et propriis animabus praejudicant his deceptionibus et simulationibus.

68. In mundo non est facultas nec jurisdictio ad praecipiendum, ut manifestentur epistolae directoris quoad internum animae: et ideo opus est animadvertere, quod hoc est insultus satanae, etc.

Damnatae tamquam haereticae, suspectae, erroneae, scandalosae, blasphemae, piarum aurium offensivae, temerariae, christianae disciplinae relaxativae et eversivae, et seditiosae respective.

LXXIV. Propositiones damnatae ab Alexandro VIII.

A. Propositiones 2 damnatae decreto 24. Aug. 1690.

1. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative: hunc homo non tenetur amare neque in principio, neque in decursu vitae suae mortalis.

Declarata et damnata uti haeretica.

2. Peccatum philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens naturae rationali et rectae rationi; theologicum vero et mortale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum, quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum.

Declarata et damnata uti scandalosa, temeraria, piarum aurium offensiva, et erronea.

Illam effinxerat pro suo libitu Arnaldus, suisque adversariis calumniose de more attribuit.

B. Propositiones 31 prohibitae 7. Dec. 1690.

1. In statu naturae lapsae ad peccatum formale et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, et voluntate Adami peccantis.

2. Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturae, haec in statu naturae lapsae operantem ex ipsa, non excusat a peccato formali.

3. Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis electis, sed pro omnibus et solis fidelibus.

5. Pagani, Judaei, haeretici, aliique hujus generis nullum omnino accipiunt a Jesu Christo influxum: adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam et inermem sine omni gratia sufficienti.

6. Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sic, ut proinde merito possimus petere: A gratia sufficienti libera nos, Domine.

7. Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio vel mundi: si Dei, Charitas Patris est: si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala est.

8. Necesse est, infidelem in omni opere peccare.

9. Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem et disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum et prosequitur bonum mere ut coelestem obtineat gloriam, non est recta nec Deo placens.

11. Omne quod non est ex Fide christiana supernaturali, quae per dilectionem operatur, peccatum est.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides: et etiamsi videantur credere, non est Fides divina, sed humana.

13. Quisquis etiam aeternae mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehennae non est supernaturalis.

15. Attritio, quae gehennae et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiae Dei propter se, non est bonus motus ac supernaturalis

16. Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia aut institutio Ecclesiae, sed ipsa Christi lex et praescriptio, natura rei id ipsum quodammodo dictante.

17. Per illam praxim mox absolvendi, ordo poenitentiae est inversus.

18. Consuetudo moderna quoad administrationem sacramenti Poenitentiae, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, et multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19. Homo debet agere tota vita poenitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud religiosos factae, pleraeque vel sacrilegae sunt, vel invalidae.

21. Parochianus potest suspicari de mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi et incongrua poenitentia seu satisfactione, ob quaestum seu lucrum subsidii temporalis.

22. Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam praetendunt antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint.

23. Similiter arcendi sunt a sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, et omnis mixtionis expers.

24. Oblatio in templo, quae fiebat a beata Virgine Maria in die purificationis suae per duos pullos columbarum, unum in holocaustum et alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indiguerit purificatione, et quod filius (qui offerebatur) etiam macula Matris maculatus esset, secundum verba legis.

25. Dei Patris sedentis simulacrum nefas est christiano in templo collocare.

26. Laus, quae defertur Mariae, ut Mariae, vana est.

27. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: In nomine Patris, etc., praetermissis illis: Ego te baptizo.

28. Valet Baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit: Non intendo quod facit Ecclesia.

29. Futilis et toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium oecumenicum auctoritate, atque in Fidei quaestionibus decernendis infallibilitate.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere et docere, non respiciendo ad ullam Pontificis bullam.

31. Bulla Urbani VIII, „In eminenti", est subreptitia [1]).

Damnatae et prohibitae tamquam temerariae, scandalosae, male sonantes, injuriosae, haeresi proximae, haeresim sapientes, erroneae, schismaticae, et haereticae respective.

1) „In hac bulla Urbani VIII, edita anno 1641, confirmantur constitutiones Pii V et Gregorii XIII, quibus damnantur 79 Baji propositiones: in eadem iterum prohibetur liber Cornelii Jansenii cui titulus Augustinus. Hanc bullam Bajani et Jansenistae dixerunt esse subreptitiam, tamquam editam a Pontifice veritatis ignaro: cum tamen Pontifex in ea asserat: ex matura ac diligenti ejusdem

libri, cui titulus Augustinus, lectione compertum esse, in eodem libro multas Baji propositiones proscriptas contineri". Viva in hanc propositionem. Tournely de gratia qu. 3. Historia Jansenismi Epoch. I. §. liber Jansenii Urbano VIII denunciatur et ab ipso prohibetur.

LXVI. Articuli Cleri Gallicani Declarationis anni 1682 rejecti ab Innocentio XI per litteras in forma brevis 11 April 1682, et per Alexandrum VIII in constitutione „Inter multiplices" 4 Aug. 1690. Denique susceptos a synodo Pistoriensi iterum rejecit Pius VI bulla „Auctorem fidei" 28 Aug. 1794.

Ex quatuor declarationis articulis illos, qui ad rem dogmaticam faciunt hic subjungimus. Notamus praeterea illos a plurimis ex auctoribus litteris ad Innocentium XII a. 1692 datis et ab ipso Ludovico XIV retractatos fuisse.

2. Sic inesse Sedi Apostolicae ac Petri successoribus Christi vicariis rerum spiritualium plenam potestatem, ut simul valeant atque immota consistant sanctae oecumenicae Synodi Constantiensis a Sede Apostolica comprobata, ipsoque Romanorum Pontificum ac totius Ecclesiae usu confirmata atque ab Ecclesia Gallicana perpetua religione custodita decreta de auctoritate conciliorum generalium; nec probari a Gallicana Ecclesia, qui eorum decretorum, quasi dubiae sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant, aut ad solum schismatis tempus concilii dicta detorqueant.

3. Hinc Apostolicae potestatis usum moderandum per canones Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos: valere etiam regulas, mores et instituta a regno et ecclesia Gallicana recepta, patrumque terminos manere inconcussos, atque id pertinere ad amplitudinem Apostolicae Sedis, ut statuta et consuetudines, tantae Sedis et ecclesiarum consensione firmatae, propriam stabilitatem obtineant.

4. In fidei quoque quaestionibus praecipuas Summi Pontificis esse partes, ejusque decreta ad omnes et singulas ecclesias pertinere, nec tamen irreformabile esse judicium, nisi ecclesiae consensus accesserit.

De his Alexander VIII sic statuit:

Omnia et singula, quae tam quoad extensionem juris regaliae, quam quoad declarationem de potestate ecclesiastica ac quatuor contentas in ea propositiones in supradictis comitiis cleri Gallicani a. 1682 habitis, acta et gesta fuerunt, cum omnibus et singulis mandatis, arrestis etc. a quibusvis personis editis seu publicatis etc. ipso jure nulla, irrita, invalida, inania, viribusque et effectu penitus et omnino vacua ab initio fuisse et esse ac perpetuo fore, neminemque ad illorum seu cujuslibet eorum, etsi juramento vallata sint, observantiam teneri, tenore praesentium declaramus.

LXXVII. Propositiones 23 super amore erga Deum purissimo, damnatae ab Innocentio XII, brevi „Cum alias“ etc. 12 mart. 1699.

1. Datur habitualis status amoris Dei, qui est charitas pura, et sine ulla admixtione motivi proprii interesse. Neque timor poenarum, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in amando inveniendam.

2. In statu vitae contemplativae sive unitivae amittitur omne motivum interessatum timoris et spei.

3. Id, quod est essentiale in directione animae, est non aliud facere, quam sequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, praecautione, et subtilitate. Oportet se intra hos limites continere, ut sinatur Deus agere, et nunquam ad purum amorem ducere, nisi quando Deus

per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo, quod adeo durum est animabus adhuc sibimet affixis, et ideo potest illas scandalizare aut in perturbationem conjicere.

4. In statu sanctae indifferentiae anima non habet amplius desideria voluntaria et deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti suae gratiae fideliter non cooperatur.

5. In eodem statu sanctae indifferentiae nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti et beati propter interesse proprium; sed omnem perfectionem ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere, ut velimus res istas impressione suae gratiae.

6. In hoc sanctae indifferentiae statu nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem aeternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam et beneplacitum Dei, ut rem quam ipse vult, et quam nos vult velle propter ipsum.

7. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio, quam Jesus Christus a nobis in Evangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est nisi quoad interesse proprium . . . . Extremae probationes, in quibus haec abnegatio seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus aemulator vult purgare amorem, nullum ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium, etiam aeternum.

8. Omnia sacrificia, quae fieri solent ab animabus quam maxime disinteressatis circa earum aeternam beatitudinem, sunt conditionalia . . . Sed hoc sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu hoc sacrificium fit aliquo modo absolutum.

9. In extremis probationibus potest animae invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, et quae non est intimus conscientiae fundus, se juste reprobatam esse a Deo.

10. Tunc anima divisa a semetipsa expirat cum Christo in cruce, dicens: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? In hac involuntaria impressione desperationis conficit sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad aeternitatem.

11. In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse; sed nunquam amittit in parte superiori, id est in suis actibus directis et intimis, spem perfectam, quae est desiderium disinteressatum promissionum.

12. Director tunc potest huic animae permittere, ut simpliciter acquiescat jacturae sui proprii interesse, et justae condemnationi quam sibi a Deo indictam credit.

13. Inferior Christi pars in cruce non communicavit superiori suas involuntarias perturbationes.

14. In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quaedam separatio partis superioris animae ab inferiori . . . In ista separatione actus partis inferioris manant ex omnino caeca et involuntaria perturbatione: nam totum, quod est voluntarium et intellectuale, est partis superioris.

15. Meditatio constat discursivis actibus, qui a se invicem facile distinguuntur . . . Ista compositio actuum discursivorum et reflexorum est propria exercitatio amoris interessati.

16. Datur status contemplationis adeo sublimis adeoque perfectae, ut fiat habitualis: ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem ejusque actus methodicos.

17. Animae contemplativae privantur intuitu distincto, sensibili et reflexo Jesu Christi duobus temporibus

diversis . . . . Primo, in fervore nascente earum contemplationis . . . . Secundo, anima amittit intuitum Jesu Christi in extremis probationibus.

18. In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctae, non cogitando quod sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id quod Deus vult, et amor zelotypus simul efficit, ne quis amplius sibi virtutem velit, nec unquam sit adeo virtute praeditus, quam cum virtuti amplius affixus non est.

19. Potest dici in hoc sensu, quod anima passiva et disinteressata nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio et sua felicitas, sed solum quatenus est id quod Deus a nobis vult.

20. In confitendo debent animae transformatae sua peccata detestari, et condemnare se, et desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem et liberationem, sed ut rem quam Deus vult, et vult nos velle propter suam gloriam.

21. Sancti mystici excluserunt a statu animarum transformatarum exercitationes virtutum.

22. Quamvis haec doctrina (de puro amore) esset pura et simplex perfectio evangelica in universa traditione designata; antiqui pastores non proponebant passim multitudini justorum nisi exercitia amoris interessati eorum gratiae proportionata.

23. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem; et tunc evadit unicum principium et unicum motivum omnium actuum, qui deliberati et meritorii sunt.

Damnatae et reprobatae, tamquam sive in obvio earum verborum sensu, sive attenta sententiarum connexione, temerariae, scandalosae, male sonantes, piarum aurium offensivae, in praxi perniciosae, ac etiam respective erroneae.

LXXVIII. Propositiones 101 Paschasii Quesnelli, damnatae a Clemente XI, constitutione „Unigenitus" 8 Sept. 1713.

Haec constitutio dogmatica confirmata est ab ipso Clemente XI per bullam „Pastoralis Officii" 5. Kal. Sept. 1718 contra Appellantes, in qua quoscumque catholicos, qui bullam „Unigenitus" non susciperent, a Romanae Ecclesiae sinu plane alienos declarat; ab Innocentio XIII decr. d. 8 Jan. 1722, a Benedicto XIII et Synodo Romana 1725 a Benedicto XIV per encyclicam „Ex omnibus Christiani orbis regionibus" 16 Oct. 1756, suscepta est a Clero Gallicano in comitiis 1723, 1726, 1730, a conciliis Avenionensi 1725 et Ebredunensi 1727; et ab universo mundo catholico.

1. Quid aliud remanet animae, quae Deum atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, et peccati consecutiones, superba paupertas, et segnis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, et ad omne opus bonum?

2. Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

3. In vanum, Domine, praecipis, si tu ipse non das quod praecipis.

4. Ita, Domine; omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.

5. Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiae suae, exhortationes et gratiae exteriores non inserviunt nisi ad illud magis obdurandum.

6. Discrimen inter foedus judaicum et christianum est, quod in illo Deus exigit fugam peccati et implementum legis a peccatore, relinquendo illum in sua impotentia: in isto vero Deus peccatori dat quod jubet, illum sua gratia purificando.

7. Quae utilitas pro homine in veteri foedere, in quo Deus illum reliquit ejus propriae infirmitati, imponendo ipsi suam legem? Quae vero felicitas non est, admitti ad foedus, in quo Deus nobis donat quod petit a nobis?

8. Nos non pertinemus ad novum foedus, nisi in quantum participes sumus ipsius novae gratiae, quae operatur in nobis id quod Deus nobis praecipit.

9. Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, et cum qua nunquam illum abnegamus.

10. Gratia est operatio manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest aut retardare.

11. Gratia non est aliud, quam voluntas omnipotentis Dei jubentis, et facientis quod jubet.

12. Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

13. Quando Deus vult animam salvam facere, et eam tangit interiori gratiae suae manu, nulla voluntas humana ei resistit.

14. Quantumcumque remotus a salute sit peccator obstinatus, quando Jesus se ei videndum exhibet lumine salutari suae gratiae, oportet ut se dedat, accurrat, sese humiliet, et adoret Salvatorem suum.

15. Quando Deus mandatum suum et suam aeternam locutionem comitatur unctione sui Spiritus et interiori vi gratiae suae, operatur illam in corde obedientiam quam petit.

16. Nullae sunt illecebrae, quae non cedant illecebris gratiae: quia nihil resistit omnipotenti.

17. Gratia est vox illa Patris, quae homines interius docet, ac eos venire facit ad Jesum Christum: quicumque ad eum non venit postquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus est doctus a Patre.

18. Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

19. Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas: haec est idea, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.

20. Vera gratiae idea est, quod Deus vult sibi a nobis obediri, et obeditur; imperat, et omnia fiunt; loquitur tamquam Dominus, et omnia sibi submissa sunt.

21. Gratia Jesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote quae est operatio voluntatis omnipotentis, sequela et imitatio operationis Dei incarnantis et resuscitantis Filium suum.

22. Concordia omnipotens operationis Dei in corde hominis cum libero ipsius voluntatis consensu demonstratur illico nobis in incarnatione, veluti fonte atque archetypo omnium aliarum operationum misericordiae et gratiae, quae omnes ita gratuitae atque ita dependentes a Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

23. Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suae gratiae, eam significans per illam, quae creaturas e nihilo producit, et mortuis reddit vitam.

24. Justa idea, quam centurio habet de omnipotentia Dei et Jesu Christi in sanandis corporibus solo motu suae voluntatis, est imago ideae, quae haberi debet de omnipotentia suae gratiae in sanandis animabus a cupiditate.

25. Deus illuminat animam et eam sanat, aeque ac corpus, sola sua voluntate: jubet, et ipsi obtemperatur.

26. Nullae dantur gratiae, nisi per Fidem.

27. Fides est prima gratia, et fons omnium aliarum.

28. Prima gratia, quam Deus concedit peccatori, est peccatorum remissio.

29. Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.

30. Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.

31. Desideria Christi semper habent suum effectum: pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.

32. Jesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine primogenitos, id est electos, de manu angeli exterminatoris.

33. Proh! quantum oportet bonis terrenis et sibimetipsi renuntiasse, ad hoc ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Jesum, ejus amorem, mortem et mysteria! ut facit sanctus Paulus dicens: Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

34. Gratia Adami non producebat nisi merita humana.

35. Gratia Adami est sequela creationis, et erat debita naturae sanae et integrae.

36. Differentia essentialis inter gratiam Adami et status innocentiae, ac gratiam christianam est, quod primam unusquisque in propria persona recepisset, ista vero non recipitur nisi in persona Jesu Christi resuscitati, cui nos uniti sumus.

37. Gratia Adami, sanctificando illum in semetipso, erat illi proportionata: gratia christiana, nos sanctificando in Jesu Christo, est omnipotens et digna Filio Dei.

38. Peccator non est liber nisi ad malum, sine gratia Liberatoris.

39. Voluntas, quam gratia non praevenit, nihil habet luminis nisi ad aberrandum; ardoris nisi ad se praecipitandum: virium nisi ad se vulnerandum: est capax omnis mali, et incapax ad omne bonum.

40. Sine gratia, nihil amare possumus nisi ad nostram condemnationem.

41. Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in philosophis ethnicis, non potest venire nisi a Deo: et sine gratia non producit nisi praesumptionem, vanitatem,

et oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis, et amoris.

42. Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium Fidei: sine hoc, nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas.

43. Primus effectus gratiae baptismalis est facere ut moriamur peccato, adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitae pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi.

44. Non sunt nisi duo amores, unde volitiones et actiones omnes nostrae nascuntur: amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur, et amor quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est non refert, et propter hoc ipsum fit malus.

45. Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat.

46. Cupiditas aut charitas usum sensuum bonum vel malum faciunt.

47. Obedientia legis profluere debet ex fonte, et hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria ejus finis, tunc purum est quod apparet exterius; alioquin non est nisi hypocrisis, aut falsa justitia.

48. Quid aliud esse possumus, nisi tenebrae, nisi aberratio, et nisi peccatum, sine Fidei lumine, sine Christo, et sine charitate?

49. Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.

50. Frustra clamamus ad Deum: Pater mi, si spiritus charitatis non est ille qui clamat.

51. Fides justificat quando operatur, sed ipsa non operatur nisi per charitatem.

52. Omnia alia salutis media continentur in Fide, tamquam in suo germine et semine; sed haec Fides non est absque amore et fiducia.

53. Sola charitas christiano modo facit (actiones christianas) per relationem ad Deum et Jesum Christum.

54. Sola charitas est, quae Deo loquitur; eam solam Deus audit.

55. Deus non coronat nisi charitatem: qui currit ex alio impulsu et ex alio motivo, in vanum currit.

56. Deus non remunerat nisi charitatem: quoniam charitas sola Deum honorat.

57. Totum deest peccatori, quando ei deest spes; et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.

58. Nec Deus est, nec religio, ubi non est charitas.

59. Oratio impiorum est novum peccatum; et quod Deus illis concedit, est novum in eos judicium.

60. Si solus supplicii timor animat poenitentiam, quo haec est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem.

61. Timor nonnisi manum cohibet, cor autem tamdiu peccato addicitur, quamdiu ab amore justitiae non ducitur.

62. Qui a malo non abstinet nisi timore poenae, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo.

63. Baptizatus adhuc est sub lege sicut judaeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.

64. Sub maledicto legis nunquam fit bonum; quia peccatur sive faciendo malum, sive illud nonnisi ob timorem evitando.

65. Moyses, prophetae, sacerdotes, et doctores legis mortui sunt absque eo quod ullum Deo dederint filium, cum non effecerint nisi mancipia per timorem.

66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem aut per timorem sicuti bestiae, sed per Fidem et per amorem sicuti filii.

67. Timor servilis non sibi repraesentat Deum nisi ut Dominum durum, imperiosum, injustum, intractabilem.

68. Dei bonitas abreviavit viam salutis, claudendo totum in Fide et precibus.

69. Fides, usus, augmentum, et praemium Fidei, totum est donum purae liberalitatis Dei.

70. Nunquam Deus affligit innocentes; et afflictiones semper serviunt vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

71. Homo ob sui conservationem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem.

72. Nota Ecclesiae christianae est, quod sit catholica, comprehendens et omnes angelos coeli, et omnes electos et justos terrae, et omnium saeculorum.

73. Quid est Ecclesia, nisi caetus filiorum Dei, manentium in ejus sinu, adoptatorum in Christo, subsistentium in ejus persona, redemptorum ejus sanguine, viventium ejus spiritu, agentium per ejus gratiam, et expectantium gratiam futuri saeculi?

74. Ecclesia, sive integer Christus, incarnatum verbum habet ut caput, omnes vero sanctos ut membra.

75. Ecclesia est unus solus homo compositus ex pluribus membris, quorum Christus est caput, vita, subsistentia, et persona; unus solus Christus compositus ex pluribus sanctis, quorum est sanctificator.

76. Nihil spatiosius Ecclesia Dei: quia omnes electi et justi omnium saeculorum illam componunt.

77. Qui non ducit vitam dignam Filio Dei et membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre et Christum pro capite.

78. Separatur quis a populo electo, cujus figura fuit populus judaicus et caput est Jesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, quam non credendo Evangelio.

79. Utile et necessarium est omni tempore, omni loco et omni personarum generi studere et cognoscere spiritum, pietatem et mysteria sacrae Scripturae.

80. Lectio sacrae Scripturae est pro omnibus.

81. Obscuritas sancti verbi Dei non est laicis ratio dispensandi se ipsos ab ejus lectione.

82. Dies Dominicus a christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, et super omnia sanctarum Scripturarum. Damnosum est velle christianum ab hac lectione retrahere.

83. Est illusio sibi persuadere, quod notitia mysteriorum Religionis non debeat communicari foeminis lectione sacrorum librorum. Non ex foeminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia ortus est Scripturarum abusus, et natae sunt haereses.

84. Abripere e christianorum manibus novum Testamentum, seu eis illud clausum tenere auferendo eis modum istud intelligendi, est illis Christi os obturare.

85. Interdicere christianis lectionem sacrae Scripturae, praesertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, et facere ut patiantur speciem quamdam excommunicationis.

86. Eripere simplici populo hoc solatium, jungendi vocem suam voci totius Ecclesiae, est usus contrarius praxi apostolicae et intentioni Dei.

87. Modus plenus sapientia, lumine et charitate est dare animabus tempus portandi cum humilitate et sentiendi statum peccati, petendi spiritum poenitentiae et contritionis, et incipiendi ad minus satisfacere justitiae Dei, antequam reconcilientur.

88. Ignoramus quid sit peccatum et vera poenitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum quibus nos peccatum spoliavit, et detrectamus separationis istius ferre confusionem.

89. Quartusdecimus gradus conversionis peccatoris est, quod cum sit jam reconciliatus, habet jus assistendi Sacrificio Ecclesiae.

90. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos pastores, de consensu saltem praesumpto totius corporis.

91. Excommunicationis injustae metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro; nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiae per charitatem affixi sumus.

92. Pati potius in pace excommunicationem et anathema injustum, quam prodere veritatem, est imitari sanctum Paulum; tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere unitatem.

93. Jesus quandoque sanat vulnera, quae praeceps primorum pastorum festinatio infligit sine ipsius mandato. Jesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt.

94. Nihil pejorem de Ecclesia opinionem ingerit ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri supra Fidem fidelium, et foveri divisiones propter res quae nec Fidem laedunt, nec mores.

95. Veritates eo devenerunt, ut sint lingua quasi peregrina plerisque christianis, et modus eas praedicandi est veluti idioma incognitum: adeo remotus est a simplicitate apostolorum, et supra communem captum fidelium; neque satis advertitur, quod hic defectus sit unum ex signis maxime sensibilibus senectutis Ecclesiae, et irae Dei in filios suos.

96. Deus permittit, ut omnes potestates sint contrariae praedicatoribus veritatis, ut ejus victoria attribui non possit nisi divinae gratiae.

97. Nimis saepe contingit, membra illa quae magis ncte ac magis stricte unita Ecelesiae sunt, respici que tractari tamquam indigna ut sint in Ecclesia, vel mquam ab ea separata; sed justus vivit ex Fide, et n ex opinione hominum.

98. Status persecutionis et poenarum, quas quis lerat tamquam haereticus, flagitiosus, et impius, ultima erumque probatio est et maxime meritoria, utpote quae cit hominem magis conformem Jesu Christo.

99. Pervicacia, praeventio, obstinatio in nolendo aut quid examinare, aut cognoscere se fuisse deceptum, itant quotidie quoad multos in odorem mortis id, quod eus in sua Ecclesia posuit ut in ea esset odor vitae, rbi gratia bonos libros, instructiones, sancta exempla, etc.

100. Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus rsequendo veritatem ejusque discipulos! Tempus hoc venit . . . Haberi et tractari a Religionis ministris nquam impium et indignum omni commercio cum Deo, nquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia societate sanctorum, est hominibus piis morte corporis ors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum entionum puritate et zelo quodam Religionis, persecendo flamma ferroque viros probos, si propria passione t excoecatus, aut abreptus aliena, propterea quod nihil lt examinare. Frequenter credimus sacrificare Deo pium, et sacrificamus diabolo Dei servum.

101. Nihil spiritui Dei et doctrinae Jesu Christi igis opponitur, quam communia facere juramenta in clesia; quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, ueos tendere infirmis et idiotis, et efficere ut nomen veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.

Declaratae et damnatae tamquam falsae, captiosae, le sonantes, piarum aurium offensivae, scandalosae, rniciosae, temerariae, Ecclesiae et ejus praxi injuriosae,

neque in Ecclesiam solum, sed etiam in potestates saeculi contumeliosae, seditiosae, impiae, blasphemae, suspectae de haeresi, ac haeresim ipsam sapientes, necnon haereticis et haeresibus, ac etiam schismati faventes, erroneae, haeresi proximae, pluries damnatae, ac demum haereticae, variasque haereses et potissimum illas, quae in famosis Jansenii propositionibus, et quidem in eo sensu, in quo hae damnatae fuerunt, acceptis, continentur, manifeste innovantes respective.

LXXIX. Constitutio Clementis XI „Vineam Domini" 16 Jul. 1775. De silentio obsequioso quoad factum dogmaticum.

§. 25. Ut quaevis imposterum erroris occasio penitus praecidatur, atque omnes catholicae Ecclesiae filii Ecclesiam ipsam audire, non tacendo solum, (nam et impii in tenebris conticescunt) sed, et interius obsequendo, quae vera est orthodoxi hominis obedientia, condiscant, hac nostra perpetuo valitura constitutione, obedientiae, quae praeinsertis Apostolicis constitutionibus debetur, obsequioso illo silentio minime satisfieri; sed damnatum in quinque praefatis propositionibus Janseniani libri sensum, quem illarum verba praeseferunt, ut praefertur, ab omnibus Christi fidelibus, ut haereticum, non ore solum, sed et corde recipi ac damnari debere; nec alia mente, animo aut credulitate supradactae formulae subscribi licite posse, ita ut qui secus aut contra quoad haec omnia et singula senserint, tenuerint, praedicaverint, verbo vel scripto docuerint aut asseruerint tamquam praefatarum Apostolicarum constitutionum transgressores, omnibus et singulis illarum censuris et poenis omnino subjaceant, eadem auctoritate Apostolica decernimus, declaramus, statuimus et ordinamus.

LXXX. Benedicti XIV Encyclica „Vix pervenit“ ad Italiae episcopos de Usura 1 Nov. 1745.

1. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem et locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo (quod suapte natura tantundem dumtaxat reddi postulat, quantum receptum est) plus sibi reddi velit, quam est receptum, ideoque ultra sortem lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat [1]). Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum et usurarium est.

[1]) Leo X in Bulla: „Inter multiplices“ in Concilio Lateranensi V Sess. X 4 Non. Maji 1515 ita definit usuram: „Ea enim propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei, quae non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullove periculo lucrum foetusque conquiri studetur“.

2. Neque vero ad istam labem purgandam ullum accersiri subsidium poterit, vel ex eo quod id lucrum non excedens et nimium, sed moderatum, non magnum sed exiguum sit; vel ex eo quod is, a quo id lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper sed dives existat, nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas amplificandas, vel novis coemendis praediis, vel quaestuosis agitandis negotiis utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quae necessario in dati atque redditi aequalitate versatur, agere ille convincitur, quisquis, eadem aequalitate semel posita, plus aliquid a quolibet vi mutui ipsius (cui per aequale jam satis est factum) exigere adhuc non veretur: proinde, si acceperit, restituendo erit obnoxius ex ejus obligatione justitiae, quam commutativam appellant, et cujus est in humanis contractibus aequalitatem cujusque propriam et sancte servare et non servatam exacte reparare.

3. Per haec autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut aiunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturae mutui minime innatos et intrinsecos, forte concurrere, ex quibus justa omnino legitimaque causa consurgat quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur, posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversae prorsus naturae a mutui natura contractus, recte collocari et impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam et negotiationem exercendam, honestaque inde lucra percipienda.

4. Quemadmodum vero, in tot ejusmodi diversis contractuum generibus, si sua cujusque non servatur aequalitas, quidquid plus justo recipitur, si minus ad usuram (eo quod omne mutuum, tam apertum quam palliatum, absit), at certe ad aliam veram injustitiam, restituendi onus pariter afferentem, spectare compertum est; ita, si rite omnia peragantur et ad justitiae libram exigantur, dubitandum non est quin multiplex in iisdem contractibus licitus modus et ratio suppetat humana commercia et fructuosam ipsam negotiationem ad publicum commodum conservandi ac frequentandi. Absit enim a christianorum animis, ut per usuras aut similes alienas injurias florere posse lucrosa commercia existiment; cum contra ex ipso oraculo divino discamus, quod justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum. (Prov. 14, 34) [2].

[2]) Utinam hoc ultimum S. Sedis monitum audivissent populi, neque cum Graecis, Calvino, Molinaeo, Salmasio a doctrina salutari hac in re defecissent. Cum hac nostra aetate ab omnibus fructus expetantur a pecunia, quae revera non fructificat, excrescit in immensum imaginaria quaedam pecuniae copia et exinde tot luctuosissimi casus eveniunt, qui commercia crebrius ac crebrius in dies in angustias et ruinas deducunt; moxque tanta erit illa, ut totus mundus solvendo impar futurus sit.

5. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam et nonnisi temere persuasurum, reperiri semper ac praesto ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos; vel, secluso etiam mutuo, contractus alios justos, quorum vel titulorum vel contractuum praesidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum ultra sortem integram salvamque recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis et catholicae Ecclesiae de usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso praesertim Christo Domino docente: Volenti mutuari a te, ne avertaris, (Matth. 5, 42): et quod similiter multis in circumstantiis, praeter unum mutuum, alteri nulli vero justoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suae conscientiae consultum velit, inquirat prius diligenter oportet, verene cum mutuo justus alius titulus, verene justus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quaerit lucrum, omni labe expers et immune reddatur.

Nota tamen quod Sacra Poenitentiaria, ad temporum conditionem respiciens, repetitis vicibus, nempe 16 Sept. 1830, 14 Aug. 1831, 11 Nov. 1831, 11 Febr. 1832, 23 Nov. 1832, porro S. Officium 3 Jul. 1822, 18 Aug. 1830, 31 Aug. 1831 bis, 17 Jan. 1838, quorum decretorum tria a Pio VIII et Gregorio XVI approbata sunt, decreverint: Non esse inquietandos illos qui bona fide usuram lege principis statutam ex mutuo percipiunt, neque presbyteros, qui ejusmodi absolvunt, dummodo parati sint Sedis Apostolicae judicio se subjicere. Imo extenduntur decreta ad illos, qui dubia vel mala quidem fide primitus

ejusmodi usuram acceperunt, postmodum vero de peccato poenitentes, mandatis Sanctae Sedis stare parati sint.

LXXXI. Benedicti XIV epistola „Suprema omnium ecclesiarum" in forma brevis ad episcopos Lusitaniae 7 Jul. 1745 directa, confirmata per constitutionem „Ubi primum" 2 Jun. 1746 et constitutionem „Ad eradicandum" 28 Sept. 1746 contra confessarios exquirentes sine causa a poenitente nomen complicis.

Pervenerat ad aures Pontificis, confessarios quosdam perniciosam praxim inducere coepisse, ut videlicet si forte poenitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem poenitentibus socii hujusmodi seu complicis nomen passim exquirerent, atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur, sed renunciata quoque nisi revelarent, absolutionis negatione, prorsus adigerent atque compellerent, imo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum sibi exigerent designari. Hanc praxim Pontifex damnat ut scandalosam et perniciosam, ac tam famae proximorum, quam ipsi etiam Sacramento injuriosam, contra docentes subjicit excommunicationi summo Pontifici reservatae, contra agentes poenae suspensionis ab officio audiendarum confessionum.

LXXXII. Benedicti XIV Declaratio cum instructione super dubiis respicientibus matrimonia in Hollandia contracta 4 Nov. 1741.

Matrimonia, quae in locis foederatorum Ordinum dominio in Belgio subjectis iniri solent sive inter haereticos ex utraque parte, sive inter haereticum ex una parte virum et Catholicam foeminam ex alia, aut viceversa, non servata forma a sacro Tridentino Concilio praescripta, utrum valida habenda sint necne, diu multum-

que disceptatum est, animis hominum ac sententiis in diversa distractis; id quod satis uberem anxietatis ac periculorum sementem per multos annos subministravit: quum praesertim Episcopi, parochi, atque illarum regionum missionarii nihil certi hac super re haberent, nihil vero inconsulta sancta Sede auderent statuere ac declarare . . .

Sanctissimus D. N., spatio aliquo temporis ad rem secum expendendam accepto, hanc nuper declarationem et instructionem exarari praecepit, qua, veluti certa regula ac norma, omnes Belgii Antistites, parochi, earumque regionum missionarii, et Vicarii apostolici deinceps in hujusmodi negotiis uti debeant.

2. Primo scilicet, quod attinet ad Matrimonia ab haereticis inter se in locis foederatorum Ordinum dominio subjectis celebrata, non servata forma per Tridentinum praescripta, licet Sanctitas sua non ignoret, alias in casibus quibusdam particularibus, et attentis tunc expositis circumstantiis sacram Congregationem Concilii pro eorum invaliditate respondisse, aeque tamen compertum habens, nihil adhuc generatim et universe super ejusmodi Matrimoniis fuisse ab apostolica Sede definitum, et alioquin oportere omnino, ad consulendum universis fidelibus in iis locis degentibus, et plura avertenda gravissima incommoda, quid generaliter de hisce Matrimoniis sentiendum sit declarare; negotio mature perpenso, omnibusque rationum momentis hinc inde sedulo libratis, declaravit statuitque, Matrimonia in dictis foederatis Belgii provinciis inter haereticos usque modo contracta, quaeque imposterum contrahentur, etiamsi forma a Tridentino praescripta non fuerit in iis celebrandis servata, dummodo aliud non obstiterit canonicum impedimentum, pro validis habenda esse: adeoque si contingat, utrumque conjugem ad catholicae Ecclesiae sinum se recipere, eodem quo antea conjugali vinculo ipsos omnino teneri, etiamsi mutuus consensus coram parocho catholico

ab eis non renovetur: sin autem unus tantum ex conjugibus, sive masculus sive foemina convertatur, neutrum posse, quamdiu alter superstes erit, ad alias nuptias transire.

3. Quod vero spectat ad ea conjugia quae pariter in iisdem foederatis Belgii provinciis absque forma a Tridentino statuta contrahuntur a catholicis cum haereticis, sive catholicus vir haereticam foeminam in Matrimonium ducat, sive catholica foemina haeretico viro nubat; dolens imprimis quam maxime Sanctitas sua, eos esse inter catholicos, qui insano amore turpiter dementati ab hisce detestabilibus connubiis, quae S. Mater Ecclesia perpetuo damnavit atque interdixit, ex animo non abhorrent et prorsus sibi abstinendum non ducunt, laudansque magnopere zelum illorum Antistitum, qui severioribus propositis spiritualibus poenis catholicos coercere student ne sacrilego hoc vinculo sese haereticis conjungant; Episcopos omnes, Vicarios apostolicos, parochos, missionarios, et alios quoscumque Dei et Ecclesiae fideles ministros in iis partibus degentes serio graviterque hortatur et monet, ut catholicos utriusque sexus ab hujusmodi nuptiis in propriarum animarum perniciem ineundis quantum possint absterreant, easdemque nuptias omni meliori modo intervertere atque efficaciter impedire satagant. At si forte aliquod hujus generis Matrimonium, Tridentini forma non servata, ibidem contractum jam sit, aut imposterum (quod Deus avertat) contrahi contingat; declarat Sanctitas sua Matrimonium hujusmodi, alio non concurrente canonico impedimento, validum habendum esse, et neutrum ex conjugibus, donec alter eorum supervixerit, nullatenus posse sub obtento dictae formae non servatae novum Matrimonium inire: id vero debere sibi potissime in animum inducere conjugem catholicum, sive virum sive foeminam, ut pro gravissimo scelere quod admisit, poeni-

tentiam agat, ac veniam a Deo precetur, coneturque pro viribus alterum conjugem a vera fide deerrantem ad gremium catholicae Ecclesiae pertrahere, ejusque animam lucrari, quod porro ad veniam de patrato crimine impetrandam opportunissimum foret, sciens de caetero, ut mox dictum est, se istius Matrimonii vinculo perpetuo ligatum iri.

4. Ad haec declarat Sanctitas sua, ut quidquid hactenus sancitum dictumque est de Matrimoniis sive ab haereticis inter se, sive inter catholicos et haereticos initis in locis foederatorum Ordinum dominio in Belgio subjectis, sancitum dictumque intelligatur etiam de similibus Matrimoniis extra fines dominii eorumdem foederatorum Ordinum contractis ab iis qui addicti sunt legionibus seu militaribus copiis quae ab iisdem foedcratis Ordinibus transmitti solent ad custodiendas muniendasque arces conterminas vulgo dictas di Barriera: ita quidem, ut Matrimonia ibi praeter Tridentini formam sive inter haereticos utrinque, sive inter catholicos et haereticos inita valorem suum obtineant, dummodo uterque conjux ad easdem copias sive legiones pertineat: et hanc declarationem vult Sanctitas sua complecti etiam civitatem Mosae Trajectensis a republica foederatorum Ordinum, quamvis non jure dominii, sed tantum oppignorationis, ut aiunt, nomine possessam.

5. Tandem circa conjugia, quae contrahuntur vel in regionibus principum catholicorum ab iis, qui in provinciis foederatis domicilium habent, vel in foederatis provinciis ab habentibus domicilium in regionibus catholicorum principum, nihil Sanctitas sua de novo decernendum aut declarandum esse duxit, volens ut de iis, juxta canonica juris communis principia, probatasque in similibus casibus alias editas a sacra Congregatione Concilii resolutiones, ubi disputatio contingat, decidatur, et ita declaravit statuitque, ac ab omnibus imposterum servari praecepit.

LXXXIII. Benedicti XIV epistola encyclica „Magnae nobis“ 29 Jun. 1748 ad Poloniae episcopos de concessione et executione dispensationum apostolicarum super impedimentis matrimonii circa matrimonia mixta.

Pontifex ostendit Ecclesiam a matrimoniis mixtis semper abhoruisse eaque prohibuisse, atque in testimonium affert litteras Apostolicas Urbani VIII 30. Dec. 1624, Clementis XI 25 Jun. 1706 et 23 Jul. 1707 [1]). Refert etiam verba Clementis in hac ulteriore epistola, quae Pontifices in tota hac quaestione repetunt: „Ecclesia ab ejusmodi conjugiis, quae plurimum deformitatis, nec parum spiritualis periculi prae se ferunt, abhorret“. Summos Pontifices non concessisse dispensationes super impedimentis matrimonii, cum de matrimonio mixto ageretur, nisi sub conditione, ut pars haeretica ad fidem catholicam converteretur, affertque hac de re decreta Innocentii X, et Clementis XI in congregatione S. Officii 16 Jun. 1710, archiepiscopo Mechliniensi inhiberi mandantis, ne dispensationes concederet, nisi abjuratio haeresis praecessisset [2]). Quodsi nonnunquam a Sancta Sede concessa fuerit dispensatio non facta prius abjuratione, id nonnisi aegre et ob causas publicae utilitatis factum [3]). Semper tamen fuisse additas cautelas, tum ne conjux catholicus perverteretur, quin potius acatholicam partem convertere niteretur, tum ut proles utriusque sexus catholice educaretur. Hinc invalidas esse dispensationes subreptitias, quae concederentur, non facta mentione haereseos alterius partis.

[1]) Addendae sunt Synodi Laodicena, Illiberitana, Carthaginensis III, Agathensis, Arelatensis, Tolosana (694), Chalcedonensis (can. 14), Warmiensis (1575), Antverpiensis (1576), Ebroicensis (1576), Lexoviensis (1580), Burdigalensis (1583), Turonensis (1583), Bituricensis (1584), Camerscensis (1586), Tolosana (1590), Coloniensis (1651), Paderbornensis (1658), Culmensis et Posoniensis (1745), Sedunensis (1626), Audomarensis (1640).

Porro Pontifices: Leo M., Bonifacius V, Stephanus IV, Nicolaus I, (Resp. ad Consult. Bulgar. n. 22) Bonifacius VIII (VI Decret. l. 5. c. 24) Urbanus VIII ep. 30 Dec. 1624, Clemens X, 20 Aug. 1628.

[2]) Adde Clem. XI epist. 23 Febr. ad episcopum Agennensem et 23 Jul. 1707, 22 Sept. 1708 ad principem Bipontinum, 25 Jan. 1706 ad episcopum Herbipolen.

[3]) Ita factum a Clemente VIII cum Catharina sorore Henrici IV Franciae regis, ab Urbano VIII in revalidando matrimonio Wolfgangi Neoburgi ducis 8 Mart. 1633.

LXXXIV. Benedicti XIV Decreta de baptismo infantium Judaeorum in epistola „Postremo mense" ad Vicesgerentem in urbe et in ep. 54 „Probe te meminisse".

Decernit nefas esse Judaeorum infantulos invitis parentibus baptizare, nisi infans inveniatur morti proximus; licere infantulum projectum vel derelictum a parentibus baptizare. Si parentes desint, eorum jura ad tutores etiam hac in re cedere. Si pater, renuente matre; vel mater, renuente patre; si avus paternus, patre mortuo, matre renuente; si avia, dissentiente matre et tutoribus, infantulum ad baptismum offerant, baptizandum esse. Infantes a parentibus judaeis oblatos baptizandos esse, etiamsi parentes mentem deinceps mutent; nunquam autem baptizandos esse, ubi periculum perversionis adest. Prohibet etiam simulationem sacramenti.

LXXXV. Propositiones 5 de duello, damnatae a Benedicto XIV, constitutione „Detestabilem" etc. 10 Nov. 1752.

1. Vir militaris, qui, nisi offerat vel acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abjectus, et ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio quo se suosque sustentat privaretur, vel promotionis alias sibi debitae

ac promeritae spe perpetuo carere deberet, culpa et poena vacaret, sive offerat, sive acceptet duellum.

2. Excusari possunt etiam honoris tuendi vel humanae vilipensionis vitandae gratia, duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

3 Non incurrit ecclesiasticas poenas ab Ecclesia contra duellantes latas dux vel officialis militiae, acceptans duellum ex gravi metu amissionis famae et officii.

4. Licitum est, in statu hominis naturali, acceptare et offerre duellum ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum jactura propulsari nequit.

5. Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimirum vel negligentia, vel malitia magistratus, justitia aperte denegatur.

Damnatae ac prohibitae tamquam falsae, scandalosae, ac perniciosae.

LXXXIV. Rescriptum Pii VI ad Cardinalem archiepiscopum Mechliniensem 13 Jul. 1782 de matrimoniis mixtis.

Datum est hoc rescriptum occasione legis imperialis 21 Maji 1782, prohibet dari dispensationes super impedimenta in matrimoniis mixtis, nisi ex causa publica, vel facta prius abjuratione: posse se tamen, ut majora religioni damna evitentur, hoc dissimulare; quoad assistentiam vero parochorum haec habet:

„Transeundo nunc ad aliud punctum de imperata parochorum assistentia in matrimoniis mixtis, dicimus, quod si praemissa supra nominata admonitione ad avocandam partem catholicam ab illicito matrimonio, ipsa nihilominus in voluntate illud contrahendi persistat, et matrimonium

infallibiliter secuturum praevideatur, poterit tunc parochus catholicus materialem suam exhibere praesentiam, sic tamen, ut sequentes observare teneatur cautelas: *Primo*, ut non assistat tali matrimonio in loco sacro, nec aliqua veste ritum sacrum praeferente indutus, neque recitabit super contrahentes preces aliquas ecclesiasticas et nullo modo ipsis benedicet. *Secundo*, ut exigat et recipiat a contrahente haeretico declarationem in scriptis, qua cum juramento, praesentibus duobus testibus, qui debebunt et ipsi subscribere, obliget ad permittendum comparti usum liberum religionis catholicae et ad educandum in eadem omnes liberos nascituros sine ulla sexus distinctione . . . *Tertio*, ut et ipse contrahens catholicus declarationem edat a se et duobus testibus subscriptam, in qua cum juramento promittat, non tantum, se nunquam apostaturum a religione sua catholica, sed educaturum in ipsa omnem prolem nascituram, et procuraturum se efficaciter conversionem alterius contrahentis acatholici. *Quarto*, quod attinet proclamationes, decreto Caesareo imperatas, quas episcopi reprehendunt actus esse civiles potius quam sacros, respondemus: cum praeordinatae illae sint ad futuram celebrationem matrimonii et ex consequenti positivam eidem cooperationem contineant, quod utique excedit simplicis tolerantiae limites, non posse Nos ut hae fiant annuere."

LXXXVII. Extensio declarationis Benedicti XIV ad ducatum Cliviensem 19 Jun. 1793 per decretum S. Congr. Concilii cum instructione.

Sacrae Congregationi proposita erant sequentia dubia:

1. An matrimonia contracta inter catholicos et acatholicos coram ministellis acatholicis ducatus Cliviensis sint valida et licita.

2. An et quomodo parochi catholici ejusdem ducatus licite concedere valeant dimissorias ad ea contrahenda.

3. An declaratio Benedicti XIV quoad Hollandiam et Belgium, sit extendenda ad praedictum ducatum.

Resp. ad 1. Stat Sacra Congregatio pro valore, sed tamen ait illicita esse; fieri tamen tamen posse licita ex dispensatione Summi Pontificis.

Ad. 2. Id licite non fieri; licitum tamen fieri ex dispensatione cum justa causa; hanc causam hic adesse.

Ad 3. Respondet affirmative.

In instructione haec habentur:

„Catholicum prae omnibus vel catholicam parochi moneant quod contrahendo matrimonium cum acatholica vel acatholico valide quidem contrahant sed illicite. Atque hinc consequitur nullo actu positivo ipsos posse isthaec matrimonia probare aut suo expresso consensu et auctoritate confirmare. Quapropter si cogantur in hac temporum conditione et propter leges in transactione religionis a. 1673 praescriptas, matrimoniis catholicorum cum muliere acatholica assistere, satagant, ut se mere passive habeant atque tanquam inviti audiant duntaxat utriusque consensum: verumtamen abstineant omnino a precibus recitandis, a benedictione impertienda atque ab omni alio Ecclesiae ritu adhibendo. Caveant insuper, ne in publicandis matrimoniis mixtis religionem exprimant contrahentis acatholici, sed contrahentium tantum enuncient nomina et cognomina. Abstineant rursus a concedendis dimissoriis, ubi secundum canones Ecclesiae catholicae canonicum aliquod impedimentum sit inter contrahentes. In dimissoriis omittant verba *mea pace*, quae consensum prae se ferre videntur in illicitum matrimonium“.

LXXXVIII. Propositiones 85 synodi dioecesanae Pistoriensis, damnatae a Pio VI per constitutionem „Auctorem fidei" 28 Aug. 1794.

De obscuratione veritatum in Ecclesia.

Ex decr. de grat § 1.

1. Propositio, quae asserit, *postremis hisce saeculis sparsam esse generalem obscurationem super veritates gravioris momenti, spectantes ad Religionem. et quae sunt basis Fidei et moralis doctrinae Jesu Christi;* Haeretica.

De potestate Communitati Ecclesiae attributa, ut per hanc pastoribus communicetur.

Epist. convoc.

2. Propositio, quae statuit, *potestatem a Deo datam Ecclesiae, ut communicaretur Pastoribus, qui sunt ejus ministri pro salute animarum;* sic intellecta, ut a communitate fidelium in Pastores derivetur ecclesiastici ministerii ac regiminis potestas: Haeretica.

De capitis ministerialis denominatione romano Pontifici attributa.

Decr. de Fide, § 2.

3. Insuper, quae statuit, *romanum Pontificem esse caput ministeriale;* sic explicata, ut romanus Pontifex non a Christo in persona beati Petri, sed ab Ecclesia potestatem ministerii accipiat, qua, velut Petri Successor, verus Christi Vicarius, ac totius Ecclesiae caput, pollet in universa Ecclesia; Haeretica.

De potestate ecclesiae quoad constituendam et sanciendam exteriorem disciplinam.

Decr. de Fide, §§ 13, 14.

4. Propositio affirmans, *abusum fore auctoritatis Ecclesiae, transferendo illam ultra limites doctrinae ac morum, et eam extendendo ad res exteriores, et per vim*

exigendo id quod pendet a persuasione et corde; tam etiam, *multo minus ad eam pertinere exigere per vim exteriorem subjectionem suis decretis.* Quatenus indeterminatis illis verbis *extendendo ad res exteriores* notet velut abusum auctoritatis Ecclesiae, usum ejus potestatis acceptae a Deo, qua usi sunt et ipsimet apostoli, in disciplina exteriore constituenda et sancienda; Haeretica.

5. Qua parte insinuat, Ecclesiam non habere auctoritatem subjectionis suis decretis exigendae aliter quam per media quae pendent a persuasione; quatenus intendat, Ecclesiam *non habere collatam sibi a Deo potestatem non solum dirigendi per consilia et suasiones, sed etiam jubendi per leges, ac devios contumacesque exteriore judicio ac salubribus poenis coercendi atque cogendi;* ex Bened. XIV in brevi „Ad assiduas", anni 1755 Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis Regni Polon. Inducens in systema alias damnatum ut haereticum.

Jura episcopis praeter fas attributa.

Decr. de ord. §. 25.

6. Doctrina Synodi, qua profitetur, *persuasum sibi esse, Episcopum accepisse a Christo omnia jura necessaria pro bono regimine suae dioecesis,* perinde ac si ad bonum regimen cujusque dioecesis necessariae non sint superiores ordinationes spectantes sive ad Fidem et mores, sive ad generalem disciplinam, quarum jus est penes summos Pontifices et Concilia generalia pro universa Ecclesia; schismatica, ad minus erronea.

7. Item, in eo quod hortatur Episcopum *ad prosequendam naviter perfectiorem ecclesiasticae disciplinae constitutionem;* idque, *contra omnes contrarias consuetudines, exemptiones, reservationes, quae adversantur bono ordini dioecesis, majori gloriae Dei, et majori aedificationi fidelium;* per id quod supponit, episcopo fas esse proprio

suo judicio et arbitratu statuere et decernere contra consuetudines, exemptiones, reservationes, sive quae in universa Ecclesia, sive etiam in unaquaque provincia locum habent, sine venia et interventu superioris hierarchicae potestatis, a qua inductae sunt aut probatae, et vim legis obtinent; inducens in schisma et subversionem hierarchici regiminis, erronea.

8. Item, quod et sibi persuasum esse ait, *jura episcopi a Jesu Christo accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari, nec impediri posse, et ubi contigerit horum jurium excercitium quavis de causa fuisse interruptum, posse semper Episcopum ac debere in originaria sua jura regredi, quotiescumque id exigit majus bonum suae Ecclesiae;* in eo quod innuit, jurium episcopalium exercitium nulla superiori potestate praepediri aut coerceri posse, quandocumque Episcopus proprio judicio censuerit minus id expedire majori bono suae Ecclesiae; inducens in schisma et subversionem hierarchici regiminis, erronea.

Jus perperam tributum inferioris ordinis sacerdotibus in decretis fidei et disciplinae.

Epist. convoc.

9. Doctrina, quae statuit, *reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam in Synodis dioecesanis ab Episcopo et parochis aequaliter pendere ac stabiliri debere, ac sine libertate decisionis indebitam fore subjectionem suggestionibus et jussionibus Episcoporum;* falsa, temeraria, Episcopalis auctoritatis laesiva, regiminis hierarchici subversiva, favens haeresi aërianae a Calvino innovatae.

Ex epist. convoc., ex epist. ad Vicar. for., ex orat. ad Synod. § 8, ex sess. 3.

10. Item doctrina, qua parochi aliive sacerdotes in Synodo congregati pronuntiantur una cum Episcopo judices Fidei, et simul innuitur judicium in causis Fidei ipsis com-

petere jure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto; falsa, temeraria, ordinis hierarchici subversiva, detrahens firmitati definitionum judiciorumve dogmaticorum Ecclesiae, ad minus erronea.

Orat. Synod. § 8.

11. Sententia enuntians, veteri majorum instituto, ab apostolicis usque temporibus ducto, per meliora Ecclesiae saecula servato, receptum fuisse, *ut decreta, aut definitiones, aut sententiae etiam majorum sedium non acceptarentur, nisi recognitae fuissent et approbatae a Synodo dioecesana;* falsa, temeraria, derogans pro sua generalitate obedientiae debitae constitutionibus apostolicis, tum et sententiis ab hierarchica superiore legitima potestate manantibus, schisma fovens et haeresim.

Calumniae adversus aliquas decisiones in materia fidei ab aliquot saeculis emanatas.

De fide, § 12.

12. Assertiones Synodi complexive acceptae circa decisiones in materia fidei ab aliquot saeculis emanatas, quas perhibet velut decreta ab una particulari ecclesia, vel paucis pastoribus profecta, nulla sufficienti auctoritate suffulta, nata corrumpendae puritati fidei ac turbis excitandis, intrusa per vim, e quibus inflicta sunt vulnera nimium adhuc recentia; falsae, captiosae, temerariae, scandalosae, in romanos Pontifices et Ecclesiam injuriosae, debitae apostolicis constitutionibus obedientiae derogantes, schismaticae, perniciosae, ad minus erroneae.

De pace dicta Clementis IX.

Orat. Synod. § 2 in nota.

13. Propositio relata inter acta Synodi, quae innuit Clementem IX pacem Ecclesiae reddidisse per approbationem distinctionis juris et facti in subscriptione formu-

ii ab Alexandro VII praescripti; falsa, temeraria, ementi IX injuriosa.

14. Quatenus vero ei distinctioni suffragatur, ejusm fautores laudibus extollendo, et eorum adversarios uperando; temeraria, perniciosa, summis Pontificibus uriosa, schisma fovens et haeresim.

De coagmentatione corporis ecclesiae.

Append. n. 28.

15. Doctrina, quae proponit Ecclesiam *considerandam ut unum corpus mysticum coagmentatum ex Christo capite fidelibus, qui sunt ejus membra per unionem ineffabilem a mirabiliter eradimus cum ipso unus solus sacerdos, a sola victima, unus solus adorator perfectus Dei Patris spiritu et veritate;* intellecta hoc sensu, ut ad corpus clesiae non pertineant nisi fideles, qui sunt perfecti oratores in spiritu et veritate: Haeretica.

De statu innocentiae.

De grat. §§ 4, 7., de Sacram. in gen. § 1, de Poenit. § 4.

16. Doctrina Synodi de statu felicis innocentiae, alem eum repraesentat in Adamo ante peccatum, comectente non modo integritatem, sed et justitiam interiorem m impulsu in Deum per amorem charitatis, atque primaem sanctitatem aliqua ratione post lapsum restitutam; atenus complexive accepta innuit, statum illum sequelam sse creationis, debitum ex naturali exigentia et contione humanae naturae, non gratuitum Dei beneficium; sa, alias damnata in Baio et Quesnellio, erronea, favens eresi pelagianae.

De immortalitate spectata ut naturali conditione hominis.

De Bapt. § 2.

17. Propositio his verbis enuntiata: *edocti ab Apolo, spectamus mortem non jam ut naturalem conditionem*

hominis, *sed revera ut justam poenam culpae originalis*; quatenus sub nomine Apostoli subdole allegato insinuat mortem, quae in praesenti statu inflicta est velut justa poena peccati per justam subtractionem immortalitatis, non fuisse naturalem conditionem hominis, quasi immortalitas non fuisset gratuitum beneficium, sed naturalis conditio; captiosa, temeraria, Apostolo injuriosa, alias damnata.

De conditione hominis in statu naturae.

De grat. § 10.

18. Doctrina Synodi enuntians, *post lapsum Adami Deum annuntiasse promissionem futuri liberatoris, et voluisse consolari genus humanum per spem salutis, quam Jesus Christus allaturus erat;* tamen *Deum voluisse ut genus humanum transiret per varios status, antequam veniret plenitudo temporum;* ac primum ut in statu naturae *homo relictus propriis luminibus disceret de sua caeca ratione diffidere, et ex suis aberrationibus moveret se ad desiderandum auxilium superioris luminis;* doctrina, ut jacet, captiosa: atque intellecta de desiderio adjutorii superioris luminis in ordine ad salutem promissam per Christum, ad quod concipiendum homo relictus suis propriis luminibus supponatur sese potuisse movere: suspecta, favens haeresi semipelagianae.

De conditione hominis sub lege.

Ibid.

19. Item, quae subjungit, hominem sub lege, *cum esset impotens ad eam observandam, praevaricatorem evasisse, non quidem culpa legis, quae sanctissima erat, sed culpa hominis, qui sub lege sine gratia magis magisque praevaricator evasit;* superadditque, *legem, si non sanavit cor hominis, effecisse ut sua mala cognosceret, et de sua*

infirmitate convictus desideraret gratiam Mediatoris; qua parte generaliter innuit, hominem praevaricatorem evasisse per inobservantiam legis, quam impotens esset observare, quasi *impossibile aliquid potuerit imperare qui justus est, aut damnaturus sit hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius est.* Ex S. Caesario serm. 73, in append. S. Aug. serm. 273, edit. maurin. Ex S. August. de nat. et grat. cap. 43. De grat. et lib. arb. cap. 16. Enarr. in psal. 56, num. 1. Falsa, scandalosa, impia, in Baio damnata.

20. Qua parte datur intelligi, hominem sub lege sine gratia potuisse concipere desiderium gratiae Mediatoris ordinatum ad salutem promissam per Christum; quasi *non ipsa gratia faciat ut invocetur a nobis;* ex Concil. Araus. II. can. 3. Propositio, ut jacet, captiosa, suspecta, favens haeresi semipelagianae.

De gratia illuminante et excitante.

De grat. § 11.

21. Propositio, quae asserit *lumen gratiae, quando id solum, non praestare nisi ut cognoscamus infelicitatem nostri status et gravitatem nostri mali; gratiam in tali casu producere eumdem effectum, quem lex producebat: deo necesse esse, ut Deus creet in corde nostro sanctum amorem, et inspiret sanctam delectationem contrariam amori in nobis dominanti; hunc amorem sanctum, hanc sanctam delectationem esse proprie gratiam Jesu Christi, inspirationem charitatis, qua cognita sancto amore faciamus; hanc esse illam radicem, e qua germinant bona opera; hanc esse gratiam novi Testamenti, quae nos liberat a servitute peccati, constituit filios Dei;* quatenus intendat, eam solam esse proprie gratiam Jesu Christi, quae creet in corde sanctum amorem, et quae facit ut faciamus, sive etiam qua homo liberatus a servitute peccati constituitur filius Dei; et non sit etiam proprie gratia Christi ea gratia,

qua cor hominis tangitur per illuminationem Spiritus Sancti (Trid. sess. 6. cap. 5.); nec vera detur interior gratia Christi, cui resistitur; falsa, captiosa, inducens in errorem in secunda propositione Jansenii damnatum ut haereticam, eumque renovans.

De fide velut prima gratia.

De fide, § 1.

22. Propositio, quae innuit, fidem, *a qua incipit series gratiarum, et per quam velut primam vocem vocamur ad salutem et Ecclesiam*, esse ipsammet excellentem virtutem fidei, qua homines fideles nominantur et sunt; perinde ac prior non esset gratia illa, quae, *ut praevenit voluntatem, sic praevenit et fidem.* Ex S. August. de dono persev. cap. 16, num. 41, suspecta de haeresi, eamque sapiens, alias in Quesnellio damnata, erronea.

De duplici amore.

De grat., § 8.

23. Doctrina Synodi de duplici amore (dominantis cupiditatis, et charitatis dominantis) enuntians hominem sine gratia esse sub virtute peccati, ipsumque in eo statu per generalem cupiditatis dominantis influxum omnes suas actiones inficere et corrumpere. Quatenus insinuat, in homine, dum est sub servitute sive in statu peccati, destitutus gratia illa, qua liberatur a servitute peccati et constituitur filius Dei, sic dominari cupiditatem, ut per generalem hujus influxum omnes illius actiones in se inficiantur et corrumpantur; aut opera omnia, quae ante justificationem fiunt, quacumque ratione fiant, sint peccata; quasi in omnibus suis actibus peccator serviat dominanti cupiditati; falsa, perniciosa, inducens in errorem a Tridentino damnatum ut haereticum, iterum in Bajo damnatum art. 40.

24. Qua vero parte inter dominantem cupiditatem et charitatem dominantem nulli ponuntur affectus medii a natura ipsa insiti suapteque natura laudabiles, qui una cum amore beatitudinis naturalique propensione ad bonum *remanserunt velut extrema lineamenta et reliquiae imaginis.* Ex S. August. de Spir. et litt. cap. 28. Perinde ac si *inter dilectionem divinam, quae nos perducit ad regnum, et dilectionem humanam illicitam, quae damnatur*, non daretur *dilectio humana licita, quae non reprehenditur.* Ex S. August. serm. 349, de char., edit. maurin. falsa, alias damnata.

De timore servili.

De Poen. § 3.

25. Doctrina, quae timorem poenarum generatim perhibet *dumtaxat non posse dici malum, si saltem pertingit ad cohibendam manum.* Quasi timor ipse gehennae, quam Fides docet peccato infligendam, non sit in se bonus et utilis, velut donum supernaturale ac motus a Deo inspiratus praeparans ad amorem justitiae; falsa, temeraria, perniciosa, divinis donis injuriosa, alias damnata, contraria doctrinae Concilii Tridentini, tum et communi Patrum sententiae, *opus esse*, juxta consuetum ordinem praeparationis ad justitiam, *ut intret timor primo, per quem veniat charitas: timor medicamentum, charitas sanitas.* Ex S. August. in epist. Jo. cap. 4, tract. 9. In Jo. evang. tract. 41, num. 10. Enarr. in psalm. 127, num. 7. Serm. 157, de verbis Apost., num. 13. Serm. 161, de verbis Apostoli, num. 8. Serm. 349, de charitate, num. 7.

De poena decedentium cum solo originali.

De Bapt. § 3.

26. Doctrina, quae velut fabulam pelagianam explodit locum illum inferorum (quem limbi puerorum nomine

fideles passim designant), in quo animae decedentium cum sola originali culpa poena damni citra poenam ignis puniantur; perinde ac si hoc ipso quod, qui poenam ignis removent, inducerent locum illum et statum medium expertem culpae et poenae inter regnum Dei, et damnationem aeternam, qualem fabulabantur pelagiani; falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa.

De sacramentis, ac primum de forma sacramentali cum adjuncta conditione.

De Bapt. § 12.

27. Deliberatio Synodi, qua praetextu adhaesionis ad antiquos canones in casu dubii Baptismatis, propositum suum declarat de omittenda formae conditionalis mentione; temeraria, praxi, legi, auctoritati Ecclesiae contraria.

De participatione victimae in sacrificio missae.

De Euch. § 6.

28. Propositio Synodi, qua, postquam statuit, *Victimae participationem esse partem sacrificio essentialem,* subjungit *non tamen se damnare ut illicitas Missas illas, in quibus adstantes sacramentaliter non communicant*; *ideo quia isti participant, licet minus perfecte, de ipsa Victima, spiritu illam recipiendo*; quatenus insinuat, ad sacrificii essentiam deesse aliquid in eo sacrificio quod peragatur sive nullo adstante, sive adstantibus qui nec sacramentaliter, nec spiritaliter de Victima participant; et quasi damnandae essent ut illicitae Missae illae, in quibus, solo sacerdote communicante, nemo adsit qui sive sacramentaliter, sive spiritaliter communicet; falsa, erronea, de haeresi suspecta, eamque sapiens.

De ritus consecrationis efficacia.

De Euch. § 2.

29. Doctrina Synodi, qua parte tradere instituens Fidei doctrinam de ritu consecrationis, remotis quaestionibus scholasticis circa modum quo Christus est in Eucharistia, a quibus parochos docendi munere fungentes abstinere hortatur, duobus his tantum propositis 1. Christum post consecrationem vere, realiter, substantialiter esse sub speciebus; 2. tunc omnem panis et vini substantiam cessare, solis remanentibus speciebus, prorsus omittit ullam mentionem facere transsubstantiationis seu conversionis totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam velut articulum Fidei Tridentinum Concilium definivit, et quae in solemni Fidei professione continetur; quatenus per inconsultam istiusmodi suspiciosamque omissionem notitia subtrahitur tum articuli ad Fidem pertinentis, tum etiam vocis ab Ecclesia consecratae ad illius tuendam professionem adversus haereses, tenditque adeo ad ejus oblivionem inducendam, quasi ageretur de quaestione mere scholastica; perniciosa, derogans expositioni veritatis catholicae circa dogma transsubstantiationis, favens haereticis.

De applicatione fructus sacrificii.

De Euch. § 8.

30. Doctrina Synodi, qua, dum profitetur *credere Sacrificii oblationem extendere se ad omnes, ita tamen ut in liturgia fieri possit specialis commemoratio aliquorum tam vivorum, quam defunctorum, precando Deum peculiariter pro ipsis,* dein continuo subjicit: *Non tamen quod credamus in arbitrio esse sacerdotis applicare fructus Sacrificii cui vult, imo damnamus hunc errorem velut magnopere offendentem jura Dei, qui solus distribuit fructus Sacrificii cui vult,*

et secundum mensuram quae ipsi placet; unde et consequenter traducit velut *falsam opinionem inrectam in populum, quod illi, qui eleemosynam subministrant sacerdoti sub conditione quod celebret unam Missam, specialem fructum ex ea percipiant.* Sic intellecta, ut praeter peculiarem commemorationem et orationem, specialis ipsa oblatio seu applicatio Sacrificii, quae fit a sacerdote, non magis prosit (caeteris paribus) illis pro quibus applicatur, quam aliis quibusque; quasi nullus specialis fructus proveniret ex speciali applicatione, quam pro determinatis personis aut personarum ordinibus faciendam commendat ac praecipit Ecclesia, speciatim a pastoribus pro suis ovibus, quod velut ex divino praecepto descendens a sacra Tridentina Synodo diserte est expressum. Sess. 23, cap. 1. de reform. Bened XIV, constit. *Cum semper oblatas,* §. 2. Falsa, temeraria, perniciosa, Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem alias damnatum in Wicleffo.

De convenienti ordine in cultu servando.

De Euch. § 5.

31. Propositio Synodi enuntians conveniens esse, pro divinorum officiorum ordine et antiqua consuetudine, ut in unoquoque templo unum tantum sit altare, sibique adeo placere morem illum restituere; temeraria, perantiquo, pio, multis abhinc saeculis in Ecclesia, praesertim latina, vigenti et probato mori injuriosa.

Ibid.

32. Item, praescriptio vetans ne super altaria sacrarum reliquiarum thecae floresve apponantur; temeraria, pio ac probato Ecclesiae mori injuriosa.

Ibid. § 6.

33. Propositio Synodi, qua cupere se ostendit, ut causae tollerentur, per quas ex parte inducta est oblivio

principiorum ad liturgiae ordinem spectantium, *revocando illam ad majorem rituum simplicitatem, eam vulgari lingua exponendo, et elata voce proferendo;* quasi vigens ordo liturgiae ab Ecclesia receptus et probatus aliqua ex parte manasset ex oblivione principiorum quibus illa regi debet: temeraria, piarum aurium offensiva, in Ecclesiam contumeliosa, favens haereticorum in eam conviciis.

De ordine poenitentiae.

De Poen. § 7.

34- Declaratio Synodi, qua, postquam praemisit ordinem Poenitentiae canonicae sic ad Apostolorum exemplum ab Ecclesia statutum fuisse ut esset communis omnibus, nec tantum pro punitione culpae, sed praecipue pro dispositione ad gratiam, subdit, se *in ordine illo mirabili et augusto totam agnoscere dignitatem Sacramenti adeo necessarii, liberam a subtilitatibus quae ipsi decursu temporis adjunctae sunt;* quasi per ordinem, quo, sine peracto canonicae poenitentiae cursu, hoc sacramentum per totam Ecclesiam administrari consuevit, illius fuisset dignitas imminuta; temeraria, scandalosa, inducens in contemptum dignitatis Sacramenti prout per Ecclesiam totam consuevit administrari, Ecclesiae ipsi injuriosa.

De Poen. § 10. n. 4.

35. Propositio his verbis concepta: *Si charitas in principio semper debilis est, de via ordinaria ad obtinendum augmentum hujus charitatis oportet ut sacerdos praecedere faciat eos actus humiliationis et poenitentiae, qui fuerunt omni aetate ab Ecclesia commendati: redigere hos actus ad paucas orationes aut ad aliquod jejunium post jam collatam absolutionem, videtur potius materiale desiderium conservandi huic sacramento nudum nomen poenitentiae, quam medium illuminatum et aptum ad augendum illum*

fervorem charitatis, qui debet praecedere absolutionem: longe quidem absumus ab improbanda praxi imponendi poenitentias etiam post absolutionem adimplendas: si omnia nostra bona opera semper adjunctos habent nostros defectus, quanto magis vereri debemus ne plurimas imperfectiones admiserimus in difficillimo et magni momenti opere nostrae reconciliationis; quatenus innuit, poenitentias, quae imponuntur adimplendae post absolutionem, spectandas potius esse velut supplementum pro defectibus admissis in opere nostrae reconciliationis, quam ut poenitentias vere sacramentales et satisfactorias pro peccatis confessis; quasi, ut vera ratio Sacramenti, non nudum nomen servetur, oporteat de via ordinaria ut actus humiliationis et poenitentiae, qui imponuntur per modum satisfactionis sacramentalis, praecedere debeant absolutionem. Falsa, temeraria, communi praxi Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro de Osma confixum.

De praevia necessaria dispositione pro admittendis poenitentibus ad reconciliationem.

De grat. § 15.

36. Doctrina Synodi, qua, postquam praemisit, *quando habebuntur signa non aequivoca amoris Dei dominantis in corde hominis, posse illum merito judicari dignum qui admittatur ad participationem sanguinis Jesu Christi, quae fit in Sacramentis*, subdit, *suppositiitias conversiones, quae fiunt per attritionem, nec efficaces esse solere nec durabiles*; consequenter *pastorem animarum debere insistere signis non aequivocis charitatis dominantis antequam admittat suos poenitentes ad Sacramenta*; quae signa, ut deinde tradit, *(§ 17.) pastor deducere poterit ex stabili cessatione a peccato, et fervore in operibus bonis*; quem insuper *fervorem charitatis* perhibet (de Poen. § 10.) velut dispositiitionem quae *debet praecedere absolutionem*; sic intellecta, ut non solum con-

do imperfecta, quae passim attritionis nomine dona-
, etiam quae juncta sit cum dilectione qua homo inci-
diligere Deum tamquam omnis justitiae fontem, nec
do contritio charitate formata, sed et fervor charitatis
minantis, et ille quidem diuturno experimento per
vorem in operibus bonis probatus, generaliter et absolute
uiratur ut homo ad Sacramenta et speciatim poenitentes
absolutionis beneficium admittantur; falsa, temeraria,
ietis animarum perturbativa, tutae ac probatae in Ec-
sia praxi contraria, Sacramenti efficaciae detrahens et
uriosa.

De auctoritate absolvendi.

De Poen. § 10, n. 6.

37. Doctrina Synodi, quae de auctoritate absolvendi
cepta per Ordinationem enuntiat, *post institutionem
ecesium et parochiarum conveniens esse, ut quisque
licium hoc exerceat super personas sibi subditas sive
ione territorii, sive jure quodam personali*, propterea
od *aliter confusio induceretur et perturbatio;* quatenus
st institutas dioeceses et parochias enuntiat tantum-
do *conveniens esse ad praecavendam confusionem, ut
solvendi potestas exerceatur super subditos;* sic intel-
ta tamquam ad validum usum hujus potestatis non
necessaria ordinaria vel subdelegata illa jurisdictio,
ie qua Tridentinum declarat nullius momenti esse ab-
lutionem a sacerdote prolatam; falsa, temeraria, perni-
sa, Tridentino contraria et injuriosa, erronea.

Ibid. § 11.

38. Item, doctrina, qua, postquam Synodus professa
t, *se non posse non admirari illam adeo venerabilem
ciplinam antiquitatis, quae* (ut ait) *ad Poenitentiam non
facile et forte nunquam eum admittebat qui post primum
ccatum et primam reconciliationem relapsus esset in culpam,*

subjungit, *per timorem perpetuae exclusionis a communione et pace, etiam in articulo mortis, magnum frenum illis injectum iri qui parum considerant malum peccati et minus illud timent;* contraria can. 13. Concilii Nicaeni I, decretali Innocentii I ad Exuperium Tolos., tum et decretali Caelestini I ad Episcopos Viennen. et Narbonen. provinciae, redolens pravitatem quam in ea decretali sanctus Pontifex exhorret.

De peccatorum venialium confessione.

De poen. § 12.

39. Declaratio Synodi de peccatorum venialium confessione, quam optare se ait non tantopere frequentari, ne nimium contemptibiles reddantur hujusmodi confessiones; temeraria, perniciosa, sanctorum ac piorum praxi a sacro Concilio Tridentino probatae contraria.

De indulgentiis.

De Poen. § 16.

40. Propositio asserens, *indulgentiam secundum suam praecisam notionem aliud non esse, quam remissionem partis ejus poenitentiae quae per canones statuta erat peccanti;* quasi indulgentia, praeter nudam remissionem poenae canonicae, non etiam valeat ad remissionem poenae temporalis pro peccatis actualibus debitae apud divinam justitiam; falsa, temeraria, Christi meritis injuriosa, dudum in art. 19. Lutheri damnata.

Ibid.

41. Item in eo quod subditur, *scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi et Sanctorum, et clarae notioni absolutionis a poena canonica substituisse confusam et falsam applicationis meritorum;* quasi thesauri Ecclesiae, unde Papa dat

indulgentias, non sint merita Christi et Sanctorum; falsa, temeraria, Christi et Sanctorum meritis injuriosa, dudum in art. 17 Lutheri damnata.

Ibid.

42. Item, in eo quod superaddit, *luctuosius adhuc esse quod chimaerica isthaec applicatio transferri volita sit in defunctos;* falsa, temeraria, piarum aurium offensiva, in romanos Pontifices et in praxim et sensum universalis Ecclesiae injuriosa, inducens in errorem haereticali nota in Petro de Osma confixum, iterum damnatum in art. 22. Lutheri.

Ibid.

43. In eo demum quod impudentissime invehitur in tabellas indulgentiarum, altaria privilegiata, etc.; temeraria, piarum aurium offensiva, scandalosa, in summos Pontifices atque in praxim tota Ecclesia frequentatam contumeliosa.

De reservatione casuum.

De Poen. § 19.

44. Propositio Synodi asserens, *reservationem casuum nunc temporis aliud non esse, quam improvidum ligamen pro inferioribus sacerdotibus, et sonum sensu vacuum pro poenitentibus assuetis non admodum curare hanc reservationem;* falsa, temeraria, male sonans, perniciosa, Concilio Tridentino contraria, superioris hierarchicae potestatis laesiva.

Ibid.

45. Item, de spe quam ostendit fore, *ut reformato rituali et ordine Poenitentiae, nullum amplius locum habiturae sint hujusmodi reservationes;* prout attenta generalitate verborum innuit, per reformationem ritualis et ordinis Poenitentiae factam ab Episcopo vel Synodo aboleri posse

casus, quos Tridentina Synodus (sess. 14. c. 7.) declarat Pontifices maximos potuisse pro suprema potestate sibi in universa Ecclesia tradita peculiari suo judicio reservare; propositio falsa, temeraria, Concilio Tridentino et summorum Pontificum auctoritati derogans et injuriosa.

De Censuris.

De Poen. §§ 20, 22.

46. Propositio asserens, *effectum excommunicationis exteriorem dumtaxat esse, quia tantummodo natura sua excludit ab exteriore communicatione Ecclesiae;* quasi excommunicatio non sit poena spiritualis, ligans in coelo, animas obligans; ex S. August. epist. 250 Auxilio Episcopo, Tract. 50 in Jo. num. 12. Falsa, perniciosa, in art. 23. Lutheri damnata, ad minus erronea.

§§ 21, 23.

47. Item, quae tradit, necessarium esse juxta leges naturales et divinas, ut sive ad excommunicationem, sive ad suspensionem praecedere debeat examen personale; atque adeo sententias dictas *ipso facto* non aliam vim habere, nisi seriae comminationis sine ullo actuali effectu; falsa, temeraria, perniciosa, Ecclesiae potestati injuriosa, erronea.

§ 22.

48. Item, quae pronuntiat, *inutilem ac vanam esse formulam nonnullis ab hinc saeculis inductam absolvendi generaliter ab excommunicationibus in quas fidelis incidere potuisset;* falsa, temeraria, praxi Ecclesiae injuriosa.

§ 24.

49. Item, quae damnat ut nullas et invalidas *Suspensiones ex informata conscientia;* falsa, perniciosa, in Tridentinum injuriosa.

Ibid.

50. Item, in eo quod insinuat, soli Episcopo fas non se uti potestate, quam tamen ei defert Tridentinum ess. 14. c. 1, de reform.), suspensionis *ex informata nscientia* legitime infligendae; jurisdictionis praelatorum :clesiae laesiva.

De Ordine.

De Ordine, § 4.

51. Doctrina Synodi, quae perhibet in promovendis Ordines hanc de more et instituto veteris disciplinae tionem servari consuevisse, *ut si quis clericorum distin-ebatur sanctitate vitae, et dignus aestimabatur qui ad dines sacros ascenderet, ille solitus erat promoveri ad aconatum, vel Sacerdotium etiamsi inferiores Ordines non scepisset; neque tum talis ordinatio dicebatur per saltum, postea dictum est.*

§ 5.

52. Item, quae innuit non alium titulum Ordinationum sse, quam deputationem ad aliquod speciale ministerium, alis praescripta est in Concilio Chalcedonensi; subjun-ns (§ 6.), quamdiu Ecclesia sese his principiis in delectu crorum ministrorum conformavit, ecclesiasticum ordinem ruisse; verum beatos illos dies transiisse, novaque incipia subinde introducta, quibus corrupta fuit disciplina delectu ministrorum sanctuarii.

§ 7.

53. Item, quod inter haec ipsa corruptionis principia ert, quod recessum sit a vetere instituto, quo, ut ait, :clesia insistens Apostoli vestigiis neminem ad Sacer-tium admittendum statuerat, nisi qui conservasset in-centiam baptismalem;

Quatenus innuit corruptam fuisse disciplinam per creta et instituta:

1. Sive quibus Ordinationes per saltum vetitae sunt;

2. Sive quibus pro Ecclesiarum necessitate et commoditate probatae sunt Ordinationes sine titulo specialis officii, velut speciatim a Tridentino ordinati ad titulum patrimonii; salva obedientia, qua sic ordinati Ecclesiarum necessitatibus deservire debent iis obeundis officiis, quibus pro loco ac tempore ab Episcopo admoti fuerint, quemadmodum ab apostolicis temporibus in primitiva Ecclesia fieri consuevit.

3. Sive quibus jure canonico facta est criminum distinctio, quae delinquentes reddunt irregulares; quasi per hanc distinctionem Ecclesia recesserit a spiritu Apostoli, non excludendo generaliter et indistincte ab ecclesiastico ministerio omnes quoscumque qui baptismalem innocentiam non conservassent. Doctrina singulis suis partibus falsa, temeraria, ordinis pro ecclesiarum necessitate et commoditate inducti perturbativa, in disciplinam per canones et speciatim per Tridentini decreta probatam injuriosa.

§ 13.

54. Item, quae velut turpem abusum notat unquam praetendere eleemosynam pro celebrandis Missis et Sacramentis administrandis, sicuti et accipere quemlibet proventum dictum *stolae*, et generatim quodcumque stipendium et honorarium quod suffragiorum aut cujuslibet parochialis functionis occasione offertur; quasi turpis abusus crimine notandi essent ministri Ecclesiae, dum secundum receptum et probatum Ecclesiae morem et institutum utuntur jure promulgato ab Apostolo accipiendi temporalia ab his quibus spiritualia ministrantur: falsa, temeraria, ecclesiastici ac pastoralis juris laesiva, in Ecclesiam ejusque ministros injuriosa.

§ 14.

55. Item, qua vehementer optare se profitetur, ut aliqua ratio inveniretur minutuli cleri (quo nomine in-

feriorum ordinum clericos designat) a cathedralibus et collegiatis submovendi, providendo aliter (nempe per probos et provectioris aetatis laicos, congruo assignato stipendio) ministerio inserviendi Missis et aliis officiis, velut Acolythi, etc., ut olim, inquit, fieri solebat, quando ejus generis officia non ad meram speciem pro majoribus Ordinibus suscipiendis redacta erant: quatenus reprehendit institutum, quo cavetur ut *minorum ordinum functiones per eos tantum praestentur exerceanturve, qui in illis constituti adscriptive sunt* (Concil. Prov. IV. Mediol.); idque ad mentem Tridentini (sess. 23. c. 17.), *ut sanctorum Ordinum a Diaconatu ad Ostiariatum functiones ab apostolicis temporibus in ecclesia laudabiliter receptae, et in pluribus locis aliquamdiu intermissae, juxta sacros canones revocentur, ne ab haereticis tamquam otiosae traducantur*; suggestio temeraria, piarum aurium offensiva, ecclesiastici ministerii perturbativa, servandae quoad fieri potest in celebrandis mysteriis decentiae imminutiva, in minorum ordinum munera et functiones, tum in disciplinam per canones et speciatim per Tridentinum probatam injuriosa, favens haereticorum in eam conviciis et calumniis.

§ 18.

56. Doctrina, quae statuit conveniens videri in impedimentis canonicis, quae proveniunt ex delictis in jure expressis, ullam unquam nec concedendam, nec admittendam esse dispensationem; aequitatis et moderationis canonicae a sacro Concilio Tridentino probatae laesiva, auctoritati et juribus Ecclesiae derogans.

Ibid. § 22.

57. Praescriptio Synodi, quae generaliter et indiscriminatim velut abusum rejicit quamcumque dispensationem, ut plus quam unum residentiale beneficium uni eidemque conferatur; item, in eo quod subjungit, certum sibi esse

juxta Ecclesiae spiritum plus quam uno beneficio tuneti simplici neminem frui posse; pro sua generalitate, derogans moderationi Tridentini sess. 7. c. 5, et sess. 24, c. 17.

De sponsalibus et Matrimonio.

Libell. memorial. circa sponsalia, etc. § 2.

58. Propositio, quae statuit sponsalia proprie dicta actum mere civilem continere, qui ad Matrimonium celebrandum disponit, eademque civilium legum praescripto omnino subjacere; quasi actus disponens ad Sacramentum non subjaceat sub hac ratione juri Ecclesiae; falsa, juris Ecclesiae quoad effectus etiam e sponsalibus vi canonicarum sanctionum profluentes laesiva, disciplinae ab Ecclesia constitutae derogans.

De Matrim. §§ 7, 11, 12.

59. Doctrina Synodi asserens, *ad supremam civilem potestatem dumtaxat originarie spectare contractui Matrimonii apponere impedimenta ejus generis, quae ipsum nullum reddunt, dicunturque dirimentia;* quod *jus originarium* praeterea dicitur cum *jure dispensandi essentialiter connexum;* subjungens, *supposito assensu vel conniventia principum, potuisse Ecclesiam juste constituere impedimenta dirimentia ipsum contractum Matrimonii;* quasi Ecclesia non semper potuerit ac possit in christianorum Matrimoniis jure proprio impedimenta constituere, quae Matrimonium non solum impediant, sed et nullum reddant quoad vinculum, quibus christiani obstricti teneantur etiam in terris infidelium, in eisdemque dispensare; canonum 3, 4, 9, 12, sessionis 24 Concilii Tridentini eversiva, haeretica.

Cit. libell. memorial. circa sponsal. § 10.

60. Item rogatio Synodi ad potestatem civilem, ut *e numero impedimentorum tollat cognationem spiritualem, atque illud quod dicitur publicae honestatis, quorum origo*

reperitur in collectione Justiniani; tum ut *restringat impedimentum affinitatis et cognationis, ex quacumque licita aut illicita conjunctione provenientis, ad quartum gradum juxta civilem computationem per lineam lateralem et obliquam; ita tamen, ut spes nulla relinquatur dispensationis obtinendae*; quatenus civili potestati jus attribuit sive abolendi sive restringendi impedimenta Ecclesiae auctoritate constituta vel comprobata; item qua parte supponit, Ecclesiam per potestatem civilem spoliari posse iure suo dispensandi super impedimentis ab ipsa constitutis vel comprobatis; libertatis ac potestatis Ecclesiae subversiva, Tridentino contraria, ex haereticali supra damnato principio profecta.

De officiis, exercitationibus, institutionibus ad religiosum cultum pertinentibus.

Et primum de adoranda humanitate Christi.

De Fide. § 3.

61. Propositio, quae asserit, *adorare directe humanitatem Christi, magis vero aliquam ejus partem, fore semper honorem divinum datum creaturae*; quatenus per hoc verbum *directe* intendat reprobare adorationis cultum quem fideles dirigunt ad humanitatem Christi, perinde ac si talis adoratio, qua humanitas ipsaque caro vivifica Christi adoratur, non quidem propter se et tamquam nuda caro, sed prout unita divinitati, foret honor divinus impertitus creaturae, et non potius una eademque adoratio qua verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur; ex concil. CP. V. Gen. Can. 9. Falsa, captiosa, pio ac debito cultui humanitati Christi a fidelibus praestito ac praestando detrahens et injuriosa.

De orat. § 10.

62. Doctrina, quae devotionem erga sacratissimum cor Jesu rejicit inter devotiones, quas notat velut novas,

erroneas, aut saltem periculosas; intellecta de hac devotione, qualis est ab apostolica Sede probata; falsa, temeraria, perniciosa, piarum aurium offensiva, in apostolicam Sedem injuriosa.

De orat. § 10. et append. n. 32.

31. Item, in eo quod cultores Cordis Jesu hoc etiam nomine arguit, quod non advertant, sanctissimam carnem Christi, aut ejus partem aliquam, aut etiam humanitatem totam cum separatione aut praecisione a divinitate adorari non posse cultu latriae; quasi fideles cor Jesu adorarent cum separatione vel praecisione a divinitate, dum illud adorant ut est cor Jesu, cor nempe personae Verbi, cui inseparabiliter unitum est, ad eum modum quo exsangue corpus Christi in triduo mortis sine separatione aut praecisione a divinitate adorabile fuit in sepulchro; captiosa, in fideles Cordis Christi cultores injuriosa.

De ordine praescripto in piis exercitationibus obeundis.

De orat. § 14. append. n. 34.

64. Doctrina, quae velut superstitiosam universe notat *quamcumque efficaciam, quae ponatur in determinato numero precum et piarum salutationum;* tamquam superstitiosa censenda esset efficacia, quae sumitur non ex numero in se spectato, sed ex praescripto Ecclesiae certum numerum precum vel externarum actionum praefinientis pro indulgentiis consequendis, pro adimplendis poenitentiis, et generatim pro sacro et religioso cultu rite et ex ordine peragendo; falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, pietati fidelium injuriosa, Ecclesiae auctoritati derogans, erronea.

De Poen. § 10.

65. Propositio enuntians, *irregularem strepitum novarum institutionum, quae dictae sunt exercitia* vel *missiones . . . forte nunquam aut saltem perraro eo pertingere ut absolutam*

conversionem operentur; et exteriores illos commotionis actus, qui apparuere, nil aliud fuisse quam transeuntia naturalis concussionis fulgura; temeraria, male sonans, perniciosa, mori pie ac salutariter per Ecclesiam frequentato et in verbo Dei fundato injuriosa.

De modo jungendae vocis populi cum voce ecclesiae in precibus publicis.

66. Propositio asserens, *fore contra apostolicam praxim et Dei consilia, nisi populo faciliores viae pararentur vocem suam jungendi cum voce totius Ecclesiae*; intellecta de usu vulgaris linguae in liturgicas preces inducendae; falsa, temeraria, ordinis pro mysteriorum celebratione praescripti perturbativa, plurium malorum facile productrix.

De lectione sacrae scripturae.

Ex nota in fine decr. de gratia.

67. Doctrina perhibens a lectione sacrarum Scripturarum *nonnisi veram impotentiam excusare*; subjungens, ultro se prodere obscurationem, quae ex hujusce praecepti neglectu orta est super primarias veritates Religionis; falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, alias in Quesnellio damnata.

De proscriptis libris in ecclesia publice legendis.

De orat. § 29.

68. Laudatio, qua summopere Synodus commendat Quesnellii commentationes in novum Testamentum, aliaque aliorum quesnellianis erroribus faventium opera, licet proscripta; eademque parochis proponit, ut ea tamquam solidis Religionis principiis referta in suis quisque paroeciis populo post reliquas functiones perlegant; falsa, scandalosa, temeraria, seditiosa, Ecclesiae injuriosa, schisma fovens et haeresim.

De sacris imaginibus.

De orat. § 17.

69. Praescriptio, quae generaliter et indistincte inter imagines ab Ecclesia auferendas, velut rudibus erroris occasionem praebentes, notat imagines Trinitatis incomprehensibilis; propter sui generalitatem, temeraria, ac pio per Ecclesiam frequentato mori contraria, quasi nullae extent imagines sanctissimae Trinitatis communiter approbatae ac tuto permittendae. Ex brevi *Sollicitudini nostrae* Benedicti XIV, anni 1745.

70. Item, doctrina et praescriptio generatim reprobans omnem specialem cultum, quem alicui speciatim imagini solent fideles impendere, et ad ipsam potius quam ad aliam confugere; temeraria, perniciosa, pio per Ecclesiam frequentato mori, tum et illi providentiae ordini injuriosa, quo *ita Deus nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri voluit, qui dividit propria unicuique prout vult.* Ex S. August. epist. 78, clero, senioribus, et universae plebi ecclesiae Hipponensis.

71. Item, quae vetat ne imagines, praesertim beatae Virginis ullis titulis distinguantur, praeterquam denominationibus, quae sint analogae mysteriis, de quibus in sacra Scriptura expressa fit mentio; quasi nec adscribi possent imaginibus piae aliae denominationes, quas vel in ipsismet publicis precibus Ecclesia probat et commendat; temeraria, piarum aurium offensiva, venerationi beatae praesertim Virgini debitae injuriosa.

72. Item, quae velut abusum extirpari vult morem, quo velatae asservantur certae imagines; temeraria, frequentato in Ecclesia et ad fidelium pietatem fovendam inducto mori contraria.

De Festis.

Libell. memorial. pro fest. reform. § 3.

73. Propositio enuntians, novorum festorum institutionem ex neglectu in veteribus observandis, et ex falsis notionibus naturae et finis earumdem solemnitatum originem duxisse: falsa, temeraria, scandalosa, Ecclesiae injuriosa, favens haereticorum in dies festos per Ecclesiam celebratos conviciis.

Ibid. § 8.

74. Deliberatio Synodi de transferendis in diem dominicum festis per annum institutis, idque pro jure quod persuasum sibi esse ait Episcopo competere super disciplinam ecclesiasticam in ordine ad res mere spirituales; ideoque et praeceptum Missae audiendae abrogandi diebus in quibus ex pristina Ecclesiae lege viget etiamnum id praeceptum; tum etiam in eo quod supperaddit de transferendis in Adventum episcopali auctoritate jejuniis per annum ex Ecclesiae praecepto servandis; quatenus adstruit Episcopo fas esse jure proprio transferre dies ab Ecclesia praescriptos pro festis jejuniisve celebrandis, aut inductum Missae audiendae praeceptum abrogare; propositio falsa, juris Conciliorum generalium et summorum Pontificum laesiva, scandalosa, schismati favens.

De juramentis.

Libell. memorial. pro juram. reform. § 5.

75. Doctrina, quae perhibet beatis temporibus nascentis Ecclesiae juramenta visa esse a documentis divini praeceptoris atque ab aurea evangelica simplicitate adeo aliena, ut *ipsummet jurare sine extrema et ineluctabili necessitate reputatus fuisset actus irreligiosus, homine christiano indignus;* insuper *continuatam Patrum seriem demonstrare, juramenta communi sensu pro vetitis habita fuisse;* indeque progre-

ditur ad improbanda juramenta, quae curia ecclesiastica, jurisprudentiae feudalis (ut ait) normam secuta, in investituris et in sacris ipsis Episcoporum ordinationibus adoptavit; statuitque adeo implorandam a saeculari potestate legem pro abolendis juramentis, quae in curiis etiam ecclesiasticis exiguntur pro suscipiendis muniis et officiis, et generatim pro omni actu curiali; falsa, Ecclesiae injuriosa, juris ecclesiastici laesiva, disciplinae per canones inductae et probatae subversiva.

De collationibus ecclesiasticis.

De coll. ecclesiast. § 1.

76. Insectatio, qua Synodus scholasticam exagitat velut eam, *quae viam aperuit inveniendis novis et inter se discordantibus systematibus quoad veritates majoris pretii, ac demum adduxit ad probabilismum et laxismum;* quatenus in scholasticam rejicit privatorum vitia, qui abuti ea potuerunt, aut abusi sunt; falsa, temeraria, in sanctissimos viros et doctores qui magno catholicae Religionis bono scholasticam excoluere injuriosa, favens infestis in eam haereticorum conviciis.

Ibid.

77. Item, in eo quod subdit, *mutationem formae regiminis ecclesiastici, qua factum est ut ministri Ecclesiae in oblivionem venirent suorum jurium, quae simul sunt eorum obligationes, eo demum rem adduxisse, ut obliterari faceret primitivas notiones ministerii ecclesiastici et sollicitudinis pastoralis;* quasi per mutationem regiminis congruentem disciplinae in Ecclesia constitutae et probatae obliterari unquam potuerit et amitti primitiva notio ecclesiastici ministerii pastoralisve sollicitudinis; propositio falsa, temeraria, erronea.

§ 4.

78. Praescriptio Synodi de ordine rerum tractandarum in collationibus, qua, posteaquam praemisit *in quolibet articulo distinguendum id quod pertinet ad fidem et ad essentiam Religionis ab eo quod est proprium disciplinae*, subjungit, *in hac ipsa* (disciplina) *distinguendum quod est necessarium aut utile ad retinendos in spiritu fideles ab eo quod est inutile ant onerosius quam libertas filiorum novi foederis patiatur; magis vero ab eo quod est periculosum aut noxium, utpote inducens ad superstitionem et materialismum*, quatenus pro generalitate verborum comprehendat et praescripto examini subjiciat etiam disciplinam ab Ecclesia constitutam et probatam; quasi Ecclesia, quae spiritu Dei regitur, disciplinam constituere posset non solum inutilem et onerosiorem quam libertas christiana patiatur, sed et periculosam, noxiam, inducentem in superstitionem et materialismum; falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, piarum aurium offensiva, Ecclesiae ac spiritui Dei quo ipsa regitur injuriosa, ad minus erronea.

Convicia adversus aliquas sententias in scholis catholicis usque adhuc agitatas

Orat. ad Synod. § 2.

79. Assertio, quae conviciis et contumeliis insectatur sententias in scholis catholicis agitatas, et de quibus apostolica Sedes nihil adhuc definiendum aut pronuntiandum censuit; falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa, debitae apostolicis constitutionibus obedientiae derogans.

De tribus regulis, fundamenti loco a synodo positis pro reformatione regularium.

Libell. memorial. pro reform. regularium, § 9.

80. Regula I, quae statuit universe et indiscriminatim: *Statum regularem aut monasticum natura sua componi*

non posse cum animarum cura cumque vitae pastoralis muneribus, nec adeo in partem venire posse ecclesiasticae hierarchiae, quin ex adverso pugnet cum ipsiusmet vitae monasticae principiis; falsa, perniciosa, in sanctissimos ecclesiae Patres et Praesules, qui regularis vitae instituta cum clericalis ordinis muneribus consociarunt injuriosa, pio, vestuto, probato Ecclesiae mori summorumque Pontificum sanctionibus contraria: quasi *monachi, quos morum gravitas, et vitae ac fidei institutio sancta commendat,* non rite, nec modo sine Religionis offensione, sed et cum multa utilitate Ecclesiae *clericorum officiis aggregentur.* Ex S. Siricio epist. decret. ad Himerium Tarracon. c. 13.

81. Item, in eo quod subjungit sanctos Thomam et Bonaventuram sic in tuendis adversus summos homines mendicantium institutis versatos esse, ut in eorum defensionibus minor aestus, accuratio major desideranda fuisset; scandalosa, in sanctissimos doctores injuriosa, impiis damnatorum auctorum contumeliis favens.

82. Regula II, *Multiplicationem ordinum ac diversitatem naturaliter inferre perturbationem et confusionem;* item in eo quod praemittit (§ 4) regularium *fundatores,* qui post monastica instituta prodierunt, *ordines superaddentes ordinibus, reformationes reformationibus, nihil aliud effecisse, quam primariam mali causam magis magisque dilatare;* intellecta de ordinibus et institutis a sancta Sede probatis, quasi distincta piorum munerum varietas, quibus distincti ordines addicti sunt, natura sua perturbationem et confusionem parere debeat; falsa, calumniosa, in sanctos fundatores eorumque fideles alumnos, tum et in ipsos summos Pontifices injuriosa.

83. Regula III, qua, postquam praemisit, *parvum corpus degens intra civilem societatem quin fere sit pars ejusdem, parramque monarchiam figit in statu, semper esse periculosum,* subinde hoc nomine criminatur privata mo-

nasteria, communis instituti vinculo sub uno praesertim capite consociata, velut speciales totidem monarchias civili reipublicae periculosas et noxias; falsa, temeraria, regularibus institutis a sancta Sede ad Religionis profectum approbatis injuriosa, favens haereticorum in eadem instituta insectationibus et calumniis.

De systemate, seu ordinationum complexione ducta ex allatis regulis, et octo sequentibus articulis comprehensa, pro reformatione regularium.

§ 10.

84. Art. I. *De uno dumtaxat ordine in Ecclesia retinendo, ac de seligenda prae caeteris regula sancti Benedicti, cum ob sui praestantiam, tum ob praeclara illius ordinis merita; sic tamen, ut in his quae forte occurrent temporum conditioni minus congrua, instituta vitae ratio apud Portum-Regium lucem praeferat ad explorandum, quid addere, quid detrahere conveniat;*

II. *Ne compotes fiant ecclesiasticae hierarchiae, qui se huic ordini adjunxerint; nec ad sacros Ordines promoveantur, praeterquam ad summum unus vel duo, initiandi tamquam curati vel cappellani monasterii, reliquis in simplici laicorum ordine remanentibus;*

III. *Unum tantum in unaquaque civitate admittendum monasterium, idque extra moenia civitatis in locis abditioribus et remotioribus collocandum;*

IV. *Inter occupationes vitae monasticae pars sua labori manuum inviolate servanda, relicto tamen congruo tempore psalmodiae impendendo, aut etiam (si cui libuerit) litterarum studio; psalmodia deberet esse moderata, quia nimia ejus prolixitas parit praecipitantiam, molestiam, evagationem; quo plus auctae sunt psalmodiae, orationes, preces, tantumdem peraequa proportione omni tempore imminutus fervor est sanctitasque regularium;*

V. *Nulla foret admittenda distinctio monachos inter, sive choro, sive ministeriis addictos; inaequalitas isthaec gravissimas omni tempore lites excitavit ac discordias, et a communitatibus regularium spiritum charitatis expulit;*

VI. *Votum perpetuae stabilitatis nunquam tolerandum; non illud norant veteres monachi, qui tamen Ecclesiae consolatio et christianismi ornamentum extiterunt; vota castitatis, paupertatis, et obedientiae non admittentur instar communis et stabilis regulae: si quis ea vota aut omnia, aut aliqua facere voluerit, consilium et veniam ab Episcopo postulabit, qui tamen nunquam permittet ut perpetua sint, nec anni fines excedent; tantummodo facultas dabitur ea renovandi sub iisdem conditionibus;*

VII. *Omnem Episcopus habebit inspectionem in eorum vitam, studia, progressum in pietate, ad ipsum pertinebit monachos admittere et expellere, semper tamen accepto contubernalium consilio;*

VIII. *Regulares ordinum qui adhuc remanent, licet sacerdotes, in hoc monasterium admitti etiam possent, modo in silentio et solitudine propriae sanctificationi vacare cuperent; quo casu dispensationi locus fieret in generali regula num. II. statuta, sic tamen ne vitae institutionem sequantur ab aliis discrepantem, adeo ut non plus quam una, aut ad summum duae in diem Missae celebrentur, satisque caeteris sacerdotibus esse debeat una cum communitate concelebrare;*

Item pro reformatione monialium.

§ 11.

Vota perpetua usque ad annum 40. aut 45. non admittenda; moniales solidis exercitationibus, speciatim labori, addicendae, a carnali spiritualitate qua pleraeque distinentur, avocandae; expendendum utrum quod ad ipsas attinet, satius foret monasterium in civitate relinqui;

Systematis vigentis atque jam antiquitus probatae ac receptae disciplinae subversivum, perniciosum, constitutionibus apostolicis et plurium conciliorum, etiam generalium, tum speciatim Tridentini sanctionibus oppositum et injuriosum, favens haereticorum in monastica vota et regularia instituta, stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta, conviciis et calumniis.

De nationali concilio convocando.

Libell. memorial. pro conv. concil. national., § 1.

85. Propositio enuntians, qualemcumque cognitionem ecclesiasticae historiae sufficere, ut fateri quisque debeat, convocationem concilii nationalis unam esse ex viis canonicis, qua finiantur in ecclesia respectivarum nationum controversiae spectantes ad Religionem; sic intellecta, ut controversiae ad Fidem et mores spectantes in ecclesia quacumque subortae per nationale concilium irrefragabili judicio finiri valeant; quasi inerrantia in Fidei et morum quaestionibus nationali concilio competeret; schismatica, haeretica.

Mandamus igitur omnibus utriusque sexus christifidelibus, ne de dictis propositionibus et doctrinis sentire, docere, praedicare praesumant, contra quam in hac nostra constitutione declaratur: ita ut quicumque illas, vel earum aliquam conjunctim vel divisim docuerit, defenderit, ediderit; aut de eis etiam disputando publice vel privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ecclesiasticis censuris aliisque contra similia perpetrantes a jure statutis poenis, ipso facto absque alia declaratione subjaceat.

Caeterum, per hanc expressam praefatarum propositionum et doctrinarum reprobationem, alia in eodem libro contenta nullatenus approbare intendimus: cum praesertim in eo complures deprehensae fuerint propositiones et doctrinae, sive illis quae supra damnatae sunt

affines, sive quae communis ac probatae cum doctrinae et disciplinae temerarium contemptum, tum maxime infensum in romanos Pontifices et apostolicam Sedem animum prae se ferunt.

Duo vero speciatim notanda censemus, quae de augustissimo sanctissimae Trinitatis mysterio, § 2. decreti de Fide, si non pravo animo, imprudentius certe Synodo exciderunt, quae facile rudes praesertim et incautos in fraudem impellere valeant. Primum, dum posteaquam rite praemisit Deum in suo Esse unum et simplicissimum permanere, continuo subjungens ipsum Deum in tribus personis distingui, perperam discedit a communi et probata in christianae doctrinae institutionibus formula, qua Deus unus quidem in tribus personis distinctis dicitur, non in tribus personis distinctus: cujus formulae commutatione hoc vi verborum subrepit erroris periculum, ut essentia divina distincta in personis putetur, quam Fides catholica sic unam in personis distinctis confitetur, ut eam simul profiteatur in se prorsus indistinctam.

Alterum, quod de ipsismet tribus divinis personis tradit, eas secundum earum proprietates personales et incommunicabiles exactius loquendo exprimi seu appellari Patrem, Verbum, et Spiritum Sanctum: quasi minus propria et exacta foret appellatio Filii, tot Scripturae locis consecrata, voce ipsa Patris e coelis et e nube delapsa, tum formula Baptismi a Christo praescripta, tum et praeclara illa confessione qua beatus ab ipsomet Christo Petrus est pronuntiatus; ac non potius retinendum esset quod, edoctus ab Augustino, Angelicus praeceptor [1]) vicissim ipse docuit, *in nomine Verbi eamdem proprietatem importari, quae in nomine Filii*, dicente nimirum Augustino [2]): *Eo dicitur Verbum, quo Filius.*

[1]) S. Thomas. 1. p. q. 34, art. 2 ad 3.
[2]) S. Augustinus, de Trinit. lib. 7. cap. 2.

Neque silentio praetereunda insignis et fraudis plena Synodi temeritas, quae pridem improbatam ab apostolica Sede conventus Gallicani declarationem anni 1682, ausa sit non amplissimis modo laudibus exornare, sed, quo majorem illi auctoritatem conciliaret, eam in decretum *de Fide* inscriptum insidiose includere, articulos in illa contentos palam adoptare, et quae sparsim per hoc ipsum decretum tradita sunt, horum articulorum publica et solemni professione obsignare. Quo sane non solum gravior longe se nobis offert de Synodo, quam praedecessoribus nostris fuerit de comitiis illis expostulandi ratio, sed et ipsimet Gallicanae ecclesiae non levis injuria irrogatur, quam dignam Synodus existimaverit, cujus auctoritas in patrocinium vocaretur errorum, quibus illud est contaminatum decretum.

Quamobrem, quae acta conventus Gallicani, mox ut prodierunt, praedecessor noster venerabilis Innocentius XI, per litteras in forma brevis die 11 aprilis anni 1682, post autem expressius Alexander VIII, constitutione *Inter multiplices* die 4 Augusti anni 1690, pro apostolici sui muneris ratione improbarunt, resciderunt, nulla et irrita declararunt; multo fortius exigit a nobis pastoralis sollicitudo, recentem horum factam in Synodo tot vitiis affectam adoptionem velut temerariam, scandalosam, ac (praesertim post edita praedecessorum nostrorum decreta) huic apostolicae Sedi summopere injuriosam reprobare ac damnare, prout eam praesenti hac nostra constitutione reprobamus et damnamus, ac pro reprobata et damnata haberi volumus.

LXXXIX. Rescriptum Pii VII ad Josephum de Hommer, Vicarium apostolicum in dioecesi Trevirensi 31 Oct. 1819.

Tibi significare debemus, non posse apostolicam Sedem pro mixtis matrimoniis ineundis dispensationem impertiri,

(quae unice ab eadem singulis casibus postulanda est), nisi certis quibusdam conditionibus, quibus, melioi quo possit modo, animarum pernicies aliaque mala propulsentur, quae ex id genus conjugiis dimanant. Quem ad finem eam potissimum adjiciendam omnino esse conditionem, qua catholicae institutioni nasciturae prolis consulatur, vel ipsa nostrae religionis ratio luculentissime suadet, quae cum una sancta sit, una vera, una divina, caeteras quaslibet rejicit professiones, neque id committere potest, ut ex nuptiis sua auctoritate conciliatis proles succrescat, quae in Christi grege non censeatur.

XC. Litterae Nuncii apostolici Monacensis ad Consistorium Ratisbonense datae 28 Mart. 1819.

Mandavit (SSmus Pater) ut ejus nomine vobis nos declaremus, ut declaramus, illicitum esse omnino et vetitum unicuique catholico parocho litteras dimissoriales suis iis parochianis praebere et tradere, qui cum acatholicis se matrimonio copulare volunt. Et recte et sapienter; nam cuilibet in rebus ecclesiasticis non parum versato innotescit, per hujusmodi dimissorialium litterarum traditionem parochum directe cooperare peccaminosae copulationi et gravi proinde se obstringi crimine.

XCI. Pii VIII Breve 25 Mart. 1830 cum instructione 27 Martii 1830 ad episcopos Rhenanos directa de matrimoniis mixtis, occasione legis regiae a. 1825 latae.

Ignotum vobis non est, Ecclesiam ipsam a connubiis hujusmodi, quae non parum deformitatis et spiritualis periculi prae se ferunt, abhorrere: atque idcirco apostolicam hanc Sedem summo semper constantique studio curasse, ut canonicae leges Matrimonia eadem prohibentes religiose custodirentur. Quod si romani Pontifices a sanctis-

simo illo canonum interdicto nonnunquam dispensasse inveniuntur, id profecto graves ob causas et aegre admodum fecerunt, suisque dispensationibus adjicere consueverunt conditionem expressam de praemittendis matrimonio opportunis cautionibus, non modo ut conjux catholicus ab acatholico perverti non posset, quin potius ille teneri se sciret ad hunc pro viribus ab errore retrahendum, sed etiam ut proles utriusque sexus ex eodem Matrimonio procreanda in catholicae Religionis sanctitate omnino educaretur. Nostis autem, venerabiles Fratres, ipsas omnes cautiones eo spectare, ut hac in re naturales divinaeque leges sartae tectae habeantur: quandoquidem exploratum est catholicas personas, seu viros seu mulieres, quae nuptias cum acatholicis ita contrahunt, ut se aut futuram sobolem periculo perversionis temere committant, non modo canonicas violare sanctiones, sed directe etiam gravissimeque in naturalem ac divinam legem peccare. Atque exinde jam intelligitis, nos quoque gravissimi coram Deo et Ecclesia criminis reos fore, si circa nuptias hujusmodi istis in regionibus contrahendas, illa a vobis aut a parochis vestrarum dioecesium fieri assentiremur, per quae, si non verbis, factis tamen ipsis indiscriminatim approbarentur. Quare nos summopere commendantes zelum illum vestrum, quo catholicos vestrae curae commissos a connubiis mixtis avertere hactenus adlaborastis, enixe in Domino exhortamur, ut posthac pariter in idipsum sedulo incumbatis in omni patientia et doctrina, horum deinde laborum copiosam in coelis mercedem accepturi. Juxta haec igitur, quoties praesertim catholica aliqua mulier viro acatholico nubere velit, diligenter ab Episcopo seu a parocho edocenda erit, quaenam circa hujusmodi nuptias canonum sententia sit, serioque admonenda de gravi scelere, quo apud Deum rea fiet, si eos violare praesumat; et maxime opportunum erit eamdem adhortari, ut memi-

nerit firmissimum illud nostrae Religionis dogma, quod *extra veram catholicam Fidem nemo salvus esse potest*; proindeque agnoscat se in filios, quos a Deo expectat, jam nunc crudelissime acturam, si tales contraxerit nuptias, in quibus sciat illorum educationem in viri acatholici arbitrio futuram. Quae quidem salubria monita erunt etiam, prout prudentia suggesserit, iteranda eo praesertim tempore, quo nuptiarum dies instare videatur, dumque consuetis proclamationibus disquiritur, utrum alia sint quae illis obstent impedimenta canonica. Quod si nonullis in casibus paterna hujusmodi sacrorum pastorum studia in irritum cadere contingat; tunc sane abstinendum erit a catholica eadem persona censuris in illam nominatim expressis corripienda, ne tumultus aliquis excitetur, et graviora rei catholicae mala obveniant; sed alia ex parte abstinere etiam catholicus pastor debebit non solum nuptiis, quae deinde fiant, sacro quocumque ritu honestandis, sed etiam a quovis actu quo approbare illas videatur. Quam circa rem illud solummodo in nonnullis locis toleratum est, ut parochi, qui ad graviora rei catholicae incommoda avertenda praesentiam suam contrahendis his nuptiis praestare cogebantur, paterentur quidem eas ipsis praesentibus confici (si scilicet nullum aliud obstaret canonicum impedimentum), ut, audito utriusque partis consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in Matrimoniorum librum referrent; sed caverent semper ab illicitis hujusmodi Matrimoniis ullo suo actu approbandis; multoque magis a sacris precibus et ab ecclesiastico quovis ritu eisdem admiscendo.

Quoad illos qui matrimonia mixta ausi fuerint contrahere catholico pastore non praesente, Pontifex declarat ac decernit, deinceps a die 25 Martii 1830 rata ac vera fore, ad jam contracta sananda concedit episcopis opportunas facultates.

XCII. Ex Gregorii XVI Encyclica d. 18 Kal. Sept. 1832, quae adversus Indifferentistas et Lamennaisium scripta sunt.

Alteram nunc persequimur causam malorum uberrimam, quibus afflictari in praesens comploramus Ecclesiam, indifferentismum scilicet, seu pravam illam opinionem, quae improborum fraude ex omni parte percrebuit, qualibet fidei professione aeternam posse animae salutem comparari, si mores ad recti honestique normam exigantur . . . Atque ex hoc putidissimo indifferentismi fonte absurda illa fluit ac erronea sententia, seu potius deliramentum, asserendam esse ac vindicandam cuilibet libertatem conscientiae. Cui quidem pestilentissimo errori viam sternit plena illa atque immoderata libertas opinionum, quae in sacrae et civilis rei labem late grassatur, dictitantibus per summam impudentiam nonnullis, aliquid ex ea commodi in religionem promanare. At quae pejor mors animae, quam libertas erroris? inquiebat Augustinus (ep. 166). Freno quippe omni adempto, quo homines contineantur in semitis veritatis, proruente jam in praeceps ipsorum natura ad malum inclinata, vere apertum dicimus puteum abyssi, e quo vidit Joannes (Apoc. 9, 3) ascendere fumum, quo obscuratus est sol, locustis ex eo prodeuntibus in vastitatem terrae . . .

Neque laetiora et religioni et principatui ominari possemus ex eorum votis, qui ecclesiam a regno separari, mutuamque imperii cum sacerdotio concordiam abrumpi discupiunt. Constat quippe, pertimesci ab impudentissimae libertatis amatoribus concordiam illam, quae semper rei et sacrae et civili fausta extitit ac salutaris . . . .

Eos imprimis affectu paterno complexi, qui ad sacras praesertim disciplinas et ad philosophicas quaestiones appulere, hortatores auctoresque iisdem sitis, ne solius ingenii sui

viribus freti, imprudentes a veritatis semita in viam abeant impiorum. Meminerint Deum esse sapientiae ducem emendatoremque sapientium (Sap. 7, 15.), ac fieri non posse ut sine Deo Deum discamus, qui per Verbum docet homines scire Deum (Iren. l. 4. c. 10). Superbi seu potius insipientis hominis est, fidei mysteria, quae exsuperant omnem sensum, humanis examinare ponderibus nostraeque mentis rationi confidere, quae naturae humanae conditione debilis est et infirma.

XCIII. Gregorii XVI Encyclica d. 7 Kal. Jul. 1834 ad episcopos Galliarum adversus Lamennais.

Cum Summus Pontifex litteris encyclicis d. 18 Kal. Sept. 1832 doctrinam Lamennaisii et ephemeridum dictarum l'Avenir damnasset, utpote quae ad tuendam ecclesiae libertatem rebellionem plenamque Ecclesiae a regno separationem praedicaret, nonnullaque absona de viribus rationis proferret; Lamennais quidem aliquatenus cedere visus est, paulo post vero librum infamem, cui titulus Paroles d'un croyant edidit. Pontifex igitur hac in Encyclica librum damnat conqueriturque vehementer, quod contra prioris Encyclicae doctrinam iteratis vicibus debitam principibus obedientiam impugnaverit, indifferentismum omnimodamque libertatem conscientiae docuerit. Tunc de fide et ratione haec addit.

Caeterum lugendum valde est, quonam prolabantur humanae rationis deliramenta, ubi quis novis rebus studeat atque contra Apostoli monitum nitatur plus sapere quam oporteat sapere, sibique nimium praefidens veritatem quaerendam autumet extra catholicam Ecclesiam, in qua absque vel levissimo erroris coeno ipsa invenitur, quaeque idcirco columna ac firmamentum veritatis appellatur et est. Probe autem intelligitis, Venerabiles Fratres, nos hic loqui etiam de fallaci illo haud ita pridem invecto philosophiae systemate plane improbando, quo ex projecta et effrenata novitatum cupiditate veritas, ubi certo consistit non quaeritur, sanctisque et apostolicis traditionibus

posthabitis, doctrinae aliae inanes, futiles, incertae, nec ab Ecclesia probatae adsciscuntur, quibus veritatem ipsam fulciri ac sustineri vanissimi homines arbitrantur.

XCIV. Gregorii XVI Breve ad episcopos Bavariae de matrimoniis mixtis 27 Maji 1832.

Praemittit doctrinam ac praxim S. Sedis de matrimoniis mixtis. Tunc addit allatos ad se nuntios, inveniri in Bavaria, qui contraria huic doctrinae in populos spargant.

„Scilicet ipsi, ut accepimus, affirmare audent, catholicos posse libere ac licite matrimonia cum heterodoxis contrahere, non modo non impetrata Ecclesiae dispensatione (quae juxta notas regulas in singulis casibus ab hac apostolica Sede imploranda est): sed praetermissis etiam debitis, quas supra memoravimus, cautelis, illa praesertim, quae est de prole universa catholice educanda; quin imo eo res devenit, ut iidem mixta illa connubia tunc etiam probanda esse contendant, cum haeretica pars habeat priorem alium conjugem adhuc viventem, a quo divortio discesserit; ad haec et graves poenarum minas adhiberi curarunt, quibus inducantur animarum pastores, ut mixtas nuptias in Ecclesia coram catholico populo proclament et postea assistant actui, quo illae contrahantur, vel saltem contracturis dimissoriales, quemadmodum appellant, litteras concedant: denique nec desunt ex ipsorum illorum numero, qui sibi aliisque persuadere conantur, non in catholica solum religione salvari hominem, sed eos quoque qui haeretici sint atque in haeresi moriantur, ad aeternam vitam posse pertingere . . . . Ignotum Vobis non est, Venerabiles Fratres, quam impenso constantique studio majores nostri inculcaverunt eum ipsum, quem illi negare audent, fidei articulum, qui est de catholicae fidei atque unitatis necessitate ad consequendam salutem . . . Quae

quidem catholicae unitatis tenendae necessitas, ubi fuerit impressa in cunctis Bavarorum fidelium animis alteque defixa, haud facile deinceps irrita erunt monita atque adhortationes, quibus ipsos avertere conabimini a nuptiarum foedere cum haereticis conjungendo; aut si aliqua interdum gravis causa interveniat, quae mixtas hujusmodi nuptias suadere videatur, ut illas non aliter contrahant, nisi impetrata Ecclesiae dispensatione et conditionibus, quae ut supra diximus, praescribi ab illa solent, religiose servatis. Vestrum scilicet officium est, ut fideles mixta illa connubia inire cupientes (uti et eorum genitores, aliive, sub quorum cura sunt) edoceantur sedulo, quaenam circa eam rem canonum sententia sit, graviterque moneantur, ne eos in perniciem animarum suarum perfringere audeant. Quare si res ita postulet, revocare in illorum memoriam oportebit notissimum illud naturalis divinaeque legis praeceptum, quo non peccata solum, sed pericula etiam ad peccatum proxime inducentia vitare jubemur, uti et praeceptum aliud ejusdem legis, quo parentibus injungitur, filios educare in disciplina et correptione Domini ideoque et erudire ipsos ad verum Dei cultum, qui unice in catholica religione est . . . At vero si nonnunquam contigerit, quod Deus avertat, ut monita et adhortationes hujusmodi in irritum cadant et catholicus aliquis vir mulierve recedere nolit a perverso suo consilio ineundi mixtas nuptias non petita, seu non impetrata Ecclesiae dispensatione, vel debitis cautionibus seu earum aliqua praetermissa, tunc sane sacri pastoris officium erit, abstinere non solum a matrimonio ipso sua praesentia honestando sed etiam a praemittendis eidem proclamationibus atque a dimissorialibus litteris concedendis . . . Post haec vix est, ut aliqua addamus de aliis illis longe gravissimis casibus matrimonii inter catholicos et haereticos contrahendi, in quibus pars acatholica habeat viven-

ventem adhuc priorem conjugem, a quo divortio sejuncta fuerit. Nostis, Venerabiles Fratres, quanta ex divino jure sit firmitas matrimonialis vinculi, quod separari humana auctoritate non potest. Quare matrimonium mixtum in ejusmodi casibus non modo illicite fieret, sed nullum prorsus atque adulterinum foret; praeterquam si priores illae nuptiae quas haeretica pars divortio dissolutas esse autumat, irritae omnino fuissent, propter aliquod, quod illis vere obstiterit, canonicum dirimens impedimentum."

XCV. Instructio ad episcopos Bavariae 12 Sept. 1834 directa, sive uberior expositio praecedentium litterarum apostolicarum.

Imprimis ilud palam edicendum voluit Sanctitas sua, supradictas litteras nullam interpretationem seu declarationem suscipere posse, qua parte non modo commemorant sanctissimum illud nostrae religionis dogma, quod extra veram catholicam fidem nemo salvus esse potest; verum etiam statuunt, vel potius post antiquos canones explicant, catholicarum cum acatholicis nuptias tum ob flagitiosam communionem in rebus sacris, tum ob periculum subversionis catholici conjugis pravamque nasciturae sobolis institutionem illicitas prorsus ac vetitas esse . . .

Post haec Sanctissimus Dominus Noster archiepiscopis et episcopis Bavarici regni significandum praecepit, litteras diei 27. Martii 1832 non ita esse intelligendas, quasi nempe eam omnino excludant tolerantiae rationem prudentiaeque oeconomiam, qua Apostolica Sedes ea mala patienter dissimulare consuevit, quae vel impediri prorsus nequeunt, vel si impediantur, gravioribus etiam incommodis facile aditum possent patefacere. Siquidem igitur ex temporum, locorum ac personarum conditione matrimonium acatholici viri cum catholica muliere et vicissim absque majoris mali scandalique periculo in religionis perniciem inter-

verti nullo modo possit: tunc sane ad majora damna et scandala praecavenda abstinendum erit a catholico conjuge censuris in illum nominatim expressis corrigendo, imo vero tolerandum, ut a parocho catholico tum consuetae proclamationes fiant, omni tamen praetermissa mentione religionis illorum, qui nuptias sunt contracturi; tum etiam de factis proclamationibus litterae mere testimoniales concedantur, in quibus, si nullum adsit dirimens impedimentum, unice enuntietur, „nil praeter vetitum Ecclesiae ob impedimentum mixtae religionis matrimonio conciliando obstare, nullo addito verbo, ex quo consensus seu approbationis vel levis suspicio sit oritura. Quodsi in Ecclesiae utilitatem et commune animarum bonum cedere posse dignoscatur, hujuscemodi nuptias quantumlibet illicitas et vetitas, coram parocho catholico potius quam coram ministro haeretico, ad quem partes facile confugere possent, celebrari, tunc ipse parochus catholicus, aliusve sacerdos ejus vices agens poterit iisdem nuptiis materiali tantum praesentia, omni excluso ecclesiastico ritu, adesse, perinde ac si partes ageret meri testis vulgo qualificati, seu auctorizabilis, ita scilicet ut utriusque conjugis audito consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referre queat.

XCVI. Damnatio et prohibitio operum Georgii Hermes in tribus tomis germanica lingua editorum sub titulis latin eredditis: I. Introductio in Theologiam Christiano-Catholicam .... Pars Prima ... Monasterii 1819. II. Introductio in Theologiam Christiano-Catholicam .... Pars altera .... Monasterii 1829. III. Dogmatica Christiano-Catholica ... Pars Prima Monasterii 1834 (per Breve Gregorii XVI 26 Sept. 1835.)

Pontifex queritur praeter tot alia mala, quae Ecclesiam Dei perturbent, etiam istud accedere, quod „in

theologicum etiam stadium prodeunt, qui novitatis cupidine et aestu semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, magistri existunt erroris, quia veritatis discipulis non fuerunt . . . Atque inter hujusmodi erroris magistros, ex constanti et fere communi per Germaniam fama adnumeratur Georgius Hermes, utpote qui audacter a regio, quem universa traditio et SS. Patres in exponendis ac vindicandis fidei veritatibus tramite stravere deflectens, quin et superbe contemnens et damnans, tenebrosam ad errorem omnigenum viam moliatur in dubio positivo tanquam basi omnis theologicae inquisitionis et in principio quod statuit, rationem principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem."

Pergit Pontifex se opera Hermesii theologis germanicae linguae peritis, post vero Cardinalibus Inquisitoribus generalibus examinanda tradidisse, qui in congregatione coram ipso Pontifice habita dijudicarunt plurima ab ecclesiastica doctrina aliena in ipsis contineri „praesertim vero circa naturam fidei et credendorum regulam; circa sacram scripturam, traditionem, revelationem et Ecclesiae magisterium; circa motiva credibilitatis; circa argumenta, queis existentia Dei adstrui, confirmarique consuevit; circa ipsius Dei essentiam, sanctitatem, justitiam, libertatem, ejusdemque finem in operibus, quae a theologis vocantur ad extra; necnon circa gratiae necessitatem, ejusdemque ac donorum distributionem, retributionem praemiorum, et poenarum inflictionem; circa protoparentum statum, peccatum originale, ac hominis lapsi vires; eosdemque libros tanquam continentes doctrinas et propositiones respective falsas, temerarias, captiosas, in scepticismum et indifferentismum inducentes, erroneas, scandalosas, in catholicas scholas injuriosas, fidei divinae eversivas, haeresim sapientes

ac alias ab Ecclesia damnatas, prohibendos et damnandos esse censuerunt".

Pontifex igitur praedictos libros, ubicumque et quocumque idiomate, seu quavis editione aut versione hucusque impressos aut in posterum imprimendos damnat.

Decreto S. Congr. Indicis d. 7 Jan. 1836 Summus Pontifex declarari mandavit etiam II et III partem Dogmatices Hermesii, adeoque totum opus comprehendi decreto d. 26 Sept. 1835.

Utrumque decretum Pius IX d. 25. Jul. 1847 confirmavit.

XCVII. Theses a Bautainio subscriptae 8 Sept. 1840.

Cum Bautain, presbyter ac professor Argentoratensis, doctrinas quasdam de ratione et fide, a communibus sententiis absonas et ex Traditionalismo Bonaldiano una cum Lamennaisismo ortas, protulisset, ab episcopo suo monitus est, qui et pastoralem instructionem hac de re edidit. Gregorius XVI brevi d. d. 20 Dec. 1834 episcopi studium laudavit spemque expressit, fore ut sacerdos ille a suis opinionibus desciscceret. Quod cum longiori tempore dilatum fuisset, tandem Bautain laudabiliter se subjecit atque Reverendissimo Raess, Coadjutori tunc Argentoratensi, sequentes propositiones a se et sibi adhaerentibus subscriptas obtulit, quas ex gallico idiomate ad verbum translatas subjicimus.

1. Ratiocinatio Dei existentiam cum certitudine probare valet. Fides, donum caeleste, posterior est revelatione; proindeque ad probandam Dei existentiam contra atheum allegari convenienter nequit.

2. Revelatio Mosaica cum certitudine per traditionem oralem et scriptam synagogae et christianismi probatur.

3. Revelationis christianae probatio ex miraculis Christi desumta, quae testium ocularium sensus mentesque percellebat, vim suam atque fulgorem quoad subsequentes generationes non amisit. Haec eadem probatio in tra-

ditione omnium christianorum orali et scripta reperire est. Qua duplici traditione illis demonstranda est, qui vel eam rejiciunt, vel quin admittant, requirunt.

4. Non habemus jus ab incredulo requirendi, ut divini Salvatoris nostri ressurectionem admittat, priusquam certae probationes ipsi administratae fuerint: istaeque probationes ex eadem traditione per ratiocinationem deducuntur.

5. Rationis usus fidem praecedit et ad eam hominem ope revelationis et gratiae conducit.

6. Ratio cum certitudine authenticitatem revelationis, Judaeis per Moysen et christianis per Jesum Christum factae, probare valet.

XCVIII. Decretum S. Inquisitionis approbatum a Gregorio XVI de materia exremae unctionis.

1. Feria 5. coram SS. die 13 Jan. 1655.

Sanctissimus D. N. D. Paulus V in congregatione generali coram se habita praevio maturo examine et censura propositionis sequentis: „quod nempe sacramentum extremae unctionis oleo episcopali benedictione non consecrato ministrari valide possit“ auditis DD. Cardinalium suffragiis declaravit, dictam propositionem esse temerariam et errori proximam.

2. Feria 4 die 14 Sept. 1842.

In congregatione generali habita in conventu S. Mariae supra Minervam coram Eminentissimis et Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus proposito dubio, an in casu necessitatis parochus ad validitatem sacramenti extremae unctionis uti possit oleo a se benedicto. Iidem Eminen-

tissimi decreverunt, negative ad formam decreti feriae V coram SS. diei 13 Jan. 1655.

Eodem die et feria SS. D. N. D. Gregorius div. prov. pp. XVI in audientia assessori S. Officii impertita resolutionem Eminentissimorum approbavit.

XCIX. Ex Pii IX Encyclica ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos d. 9 Nov. 1846.

Noscitis, Venerabiles Fratres, infensissimos christiani nominis hostes, caeco quodam insanientis impietatis impetu misere raptos, eo opinandi temeritate progredi, ut inaudita prorsus audacia *aperientes os suum in blasphemias ad Deum* (Apoc. 13, 6) palam publiceque edocere non erubescant, commentitia esse et hominum inventa sacrosancta nostrae religionis mysteria, catholicae Ecclesiae doctrinam humanae societatis bono et commodis adversari, ac vel ipsum Christum et Deum ejurare non extimescant. Et quo facilius populis illudant, atque incautos praesertim et imperitos decipiant et in errores secum abripiant, sibi unis prosperitatis vias notas esse comminiscuntur, sibique philosophorum nomen arrogare non dubitant, perinde quasi philosophia, quae tota in naturae veritate investiganda versatur, ea respicere debeat, quae supremus et clementissimus ipse totius naturae auctor Deus singulari beneficio et misericordia hominibus manifestare est dignatus, ut veram ipsi felicitatem et salutem assequantur. Hinc praepostero sane et fallacissimo argumentandi genere nunquam desinunt humanae rationis vim et excellentiam appellare, extollere contra sanctissimam Christi fidem, atque audacissime blaterant, eam humanae refragari rationi. Quo certe nihil dementius, nihil magis impium, nihil contra ipsam rationem magis repugnans fingi vel excogitari potest. Etsi enim fides sit supra rationem, nulla tamen vera dissensio

nullumque dissidium inter ipsas inveniri unquam potest, cum ambae ab uno eodemque immutabilis aeternaeque veritatis fonte, Deo Optimo Maximo, oriantur, atque ita sibi mutuam opem ferant, ut recta ratio fidei veritatem demonstret, tueatur, defendat; fides vero rationem ab omnibus erroribus liberet, eamque divinarum rerum cognitione mirifice illustret, confirmet atque perficiat. Neque minori certe fallacia, Venerabiles Fratres, isti divinae revelationis inimici humanum progressum summis laudibus efferentes, in catholicam religionem temerario plane ac sacrilego ausu illum inducere vellent, perinde ac si ipsa religio non Dei, sed hominum opus esset, aut philosophicum aliquod inventum, quod humanis modis perfici queat. In istos tam misere delirantes percommode quidem cadit, quod Tertullianus sui temporis philosophis merito exprobrabat: *qui Stoicum et Platonicum et dialecticum christianismum protulerunt* (de praescript. c. 7). Et sane cum sanctissima nostra religio non ab humana ratione fuerit inventa, sed a Deo hominibus clementissime patefacta, tum quisque vel facile intelligit, religionem ipsam ex ejusdem Dei loquentis auctoritate omnem suam vim acquirere, neque ab humana ratione deduci aut perfici umquam posse. Humana quidem ratio, ne in tanti momenti negotio decipiatur et erret, divinae revelationis factum diligenter inquirat oportet, ut certo sibi constet, Deum esse loquutum, ac eidem quemadmodum sapientissime docet Apostolus, *rationabile obsequium* exhibeat. (Rom. 13, 1). Quis enim ignorat, vel ignorare potest, omnem Deo loquenti fidem esse habendam, nihilque rationi ipsi magis consentaneum esse, quam iis acquiescere firmiterque adhaerere, quae a Deo, qui nec falli nec fallere potest, revelata esse constiterit?

Sed quam multa, quam mira, quam splendida praesto sunt argumenta, quibus humana ratio luculentissime evinci omnino debet, divinam esse Christi religionem et *omne*

dogmatum nostrorum principium radicem desuper ex coelorum Domino accepisse, (Chrys. Hom. 1 in Is.) ac propterea nihil fide nostra certius, nihil securius, nihil sanctius extare, et quod firmioribus innitatur principiis. Haec scilicet fides vitae magistra, salutis index, vitiorum omnium expultrix ac virtutum foecunda parens et altrix, divini sui auctoris et consummatoris Christi Jesu nativitate, vita, morte, resurrectione, sapientia, prodigiis, vaticinationibus confirmata, supernae doctrinae luce undique refulgens ac coelestium divitiarum ditata thesauris, tot prophetarum praedictionibus, tot miraculorum splendore, tot martyrum constantia, tot Sanctorum gloria vel maxime clara et insignis, salutares proferens Christi leges ac majores in dies ex crudelissimis ipsis persecutionibus vires acquirens, universum orbem terra marique, a solis ortu usque ad occasum, uno Crucis vexillo pervasit, atque idolorum profligata fallacia, errorum depulsa caligine triumphatisque cujusque generis hostibus, omnes populos, gentes, nationes, utcunque immanitate barbaras, ac indole, moribus, legibus, institutis diversas, divinae cognitionis lumine illustravit, atque suavissimo ipsius Christi jugo subjecit, annuntians omnibus pacem, annuntians bona. Quae certe omnia tanto divinae sapientiae ac potentiae fulgore undique collucent, ut cujusque mens et cogitatio vel facile intelligat, christianam fidem Dei opus esse. Itaque humana ratio ex splendidissimis hisce aeque ac firmissimis argumentis clare aperteque cognoscens, Deum ejusdem fidei auctorem existere, ulterius progredi nequit, sed quavis difficultate ac dubitatione penitus abjecta atque remota, omne eidem fidei obsequium praebeat oportet, cum pro certo habeat, a Deo traditum esse, quidquid fides ipsa hominibus credendum et agendum proponit.

Cum Hermesiani haec Pontificis verba ita interpretari auderent, quasi Hermesii doctrinam confirmaret ac coleret, Sanctissimus

Dominus noster ad Joannem archiepiscopum Coloniensem, postmodum S. R. E. Cardinalem de Geissel, litteras dedit d. 25. Jul. 1847, quibus Gregorii XVI breve d. 26 Sept. 1835 et additum decretum S. Congregationis Indicis confirmavit atque Hermesii opera denuo reproqavit ac damnavit.

C. Ex Pii IX allocutione habita in consistorio secreto die 27 Sept. 1852, quae matrimonium civile concernunt.

Respublica Neogranatensis jam anno 1845 legem jurium Ecclesiae laesivam tulerat, quae Gregorii XVI animadversionem meruit. Tantum vero abfuit, ut illius regionis moderatores pedem ab incoepta via retraherent, ut novis etiam decretis ordines religiosis vexarent, bona ecclesiastica saecularibus usibus vindicarent, episcopos invicta fide resistentes persequerentur, denique inducto civili matrimoni Sacramenti sanctitatem violarent. Quo factum est, ut Summus Pontifex publice sibi adversus inquissimas illas leges reclamandum censuerit. Eandem de matrimonio civili doctrinam Summum Pontificem litteris datis ad Sardiniae regem, in cujus regno eadem novatio inducenda erat, exposuisse, ephemerides tradiderunt.

Nihil dicimus de alio illo decreto, quo matrimonii Sacramenti mysterio, dignitate, sanctitate omnino despecta, ejusque institutione et natura prorsus ignorata et eversa, atque Ecclesiae in Sacramentum idem potestate penitus spreta, proponebatur juxta jam damnatos haereticorum errores atque adversus catholicae Ecclesiae doctrinam, ut matrimonium tamquam civilis tantum contractus haberetur et in variis casibus divortium proprie dictum sanciretur omnesque matrimoniales causae ad laica deferrentur tribunalia et ab illis judicarentur: cum nemo ex catholicis ignoret aut ignorare possit, matrimonium esse vere et proprie unum ex septem evangelicae legis Sacramentis a Christo Domino institutum, ac propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum, atque idcirco quamlibet aliam inter christianos viri et mulieris praeter Sacramentum con-

junctionem, cujuscunque etiam civilis legis vi factam, nihil aliud esse nisi turpem atque exitialem concubinatum ab Ecclesia tantopere damnatum, ac proinde a conjugali foedere Sacramentum separari nunquam posse et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea omnia decernere, quae ad idem matrimonium quovis modo possunt pertinere.

Index I documentorum.

	pag.
Symbolum Apostolorum	
A. Forma vetus Occidentalis	1
B. Forma Gallicana	2
C. Alia forma	2
D. De forma consueta	3
E. Forma Orientalis Alexandrina	3
F. Forma Orientalis Hierosolymitana	3
Stephani I decretum contra Rebaptizantes	4
. Concilii Arelatensis I canon de baptismo haereticorum	4
Synodi I Nicaenae decreta	
A. Symbolum	5
B. Canones de baptismo haereticorum	5
Liberii et Siricii decreta de baptismo haereticorum . .	6
. Anathematismi Damasi adversus Macedonianos et Apollinaristas	7
I. Concilii oecumenici II, Constantinopolitani I symbolum	10
II. Conciliorum Hipponensis et Carthaginensis III canon de Scripturis	11
. Concilii Carthaginensis IV canones de ordinationibus	12
Innocentii I decreta quaedam.	
A. De Scripturis canonicis	13
B. De confirmatione	14
C. De extrema unctione	14
D. E. De baptismo haereticorum	15

pag.

LI. Propositiones quaedam Raymundi Lulli damnatae a Gregorio XI 131
LII. Decreta Martini V et Concilii Constantiensis.
A. Articuli Johannis Wicleff 132
B. Articuli Johannis Huss 135
C. Articuli de quibus errorum Wicleff et Huss suspecti interrogandi sunt 139
D. Definitio Concilii Constantiensis de communione sub utraque specie 144
LIII. Concilii Florentini oecumenici decreta.
A. Decretum Unionis Graecorum 145
B. Decretum pro Armenis 147
C. Decretum pro Jacobitis 153
LIV. Pii II Bulla contra Appellantes ad Concilium generale 156
LV. Petri Oxomensis propositiones damnatae a Sixto IV . 157
LVI. Sixti IV constitutiones de Immaculata Conceptione . 158
LVII. Decreta Leonis X in concilio Lateranensi V oecumenico.
A. Bulla contra errores Pomponatii 158
B. Ex Bulla contra pragmaticam sanctionem . . . 159
LVIII. Errores Martini Lutheri damnati a Leone X . . . 159
LIX. Decreta dogmatica Concilii Tridentini 163
LX. Professio fidei Tridentina Pii IV 231
LXI. Professio fidei pro Graecii Gregoris XIII 233
LXII. Professio fidei pro Orientalibus Urbani VIII 235
LXIII. Propositiones Michaelis Baji damnatae a S. Pio V 240
LXIV. Decreta quaedam de Immaculata Conceptione Pii V, Pauli V, Gregorii XV, Alexandri VII 249
LXV. Clementis VIII decretum de confessione et absolutione in absentia per internuncium vel per scriptum . . . 250
LXVI. Decretum Urbani VIII de baptismo infantium Judaeorum 250
LXVII. Propositio de duplici Ecclesiae capite rejecta ab Innocentio X 251

pag.

LXVIII. Propositiones Cornelii Jansenii damnatae ab Innocentio X cum Formulario Alexandri VII 251
LXIX. Propositiones damnatae ab Alexandro VII.
A. Die 24 Sept. 1665 253
B. Die 18. Martii 1666 256
LXX. Alexandri VII decretum de contritione perfecta et imperfecta 257
LXXI. Propositiones damnatae ab Innocentio XI.
A. Die 2 Mart. 1679 258
B. Die 23 Nov. 1679 265
LXXII. Decretum de quotidiana communione 265
LXXIII. Decretum de usu scientiae ex confessione acquisitae 267
LXXIV. Propositiones Michaelis de Molinos damnatae ab Innocentio XI 267
LXXV. Propositiones damnatae ab Alexandro VIII.
A. Die 24 Aug. 1690 277
B. Die 7 Dec. 1690 278
LXXVI. Articuli Cleri Gallicani rejecti ab Innocentio XI et Alexandro VIII 281
LXXVII. Propositiones Cameracenses de amore purissimo damnatae ab Innocentio XII 282
LXXVIII. Propositiones Paschasii Quesnelli damnatae a Clemente XI per Bullam „Unigenitus“ 286
LXXIX. Constitutio Clementis XI de silentio obsequioso . 296
LXXX. Benedicti XIV Encyclica de usura 297
LXXXI. Benedicti XIV constitutiones contra confessarios exquirentes nomen complicis 300
LXXXII. Benedicti XIV declaratio super matrimoniis Hollandiae 300
LXXXIII. Benedicti XIV Encyclica de dispensationibus in matrimoniis mixtis 304
LXXXIV. Benedicti XIV decretum de baptismo infantium Judaeorum 305

pag.
LXXXV. Propositiones de duello damnatae a Benedicto XIV 305
LXXXVI. Pii VI rescriptum ad Archiepiscopum Mechliniensem de matrimoniis mixtis 306
LXXXVII. Extensio declarationis Benedicti XIV ad ducatum Cliviensem 307
LXXXVIII. Propositiones Synodi Pistoriensis damnatae a Pio VI per Bullam „Auctorem fidei“ 309
LXXXIX. Pii VII rescriptum ad Vicarium Apostolicum Trevirensem de matrimoniis mixtis 343
XC. Litterae Nuncii Apostolici ad Consistorium Ratisbonense 344
XCI. Pii VIII Breve ad episcopos Rhenanos de matrimoniis mixtis 344
XCII. Ex Gregorii XVI Encyclica 15 Aug. 1832, quae indifferentismum et Lamennais concernunt 347
XCIII. Gregorii XVI Encyclica adversus Lamennais a. 1834 348
XCIV. Gregorii XVI Breve ad episcopos Bavariae de matrimoniis mixtis 349
XCV. Instructio ad Bavariae episcopos seu expositio praecedentium litterarum. 351
XCVI. Prohibitio operum Hermesii 352
XCVII. Theses a Bautainio subscriptae 354
XCVIII. Decretum Gregorii XVI de materia extremae unctionis 355
XCIX. Ex Pii IX Encyclica d. 9 Nov. 1846, quae fidem et rationem concernunt 356
C. Ex Pii IX Allocutione d. 27 Sept. 1852, quae matrimonium civile concernunt 359

INDEX II SYSTEMATICUS MATERIARUM.

THEOLOGIA DOGMATICA.

De Principiis fidei et theologiae.

De fide et ratione.

Rejicitur doctrina: Omnem cognitionem etiam naturalem, etiam in philosophis ethnicis non posse venire nisi a Deo (h. e. per relevationem supernaturalem); et sine gratia non producere nisi vanitatem, praesumptionem, et oppositionem ad ipsum Deum. Quesn. 41. Baj. 22. Baut. 1.

Rationis usus fidem praecedit. Baut. 5.

Ratio Dei existentiam cum certitudine probare potest Baut. 1.

Philosophia tota in naturae veritate investiganda versatur. Pius IX n. 99.

Ratio non est princeps norma, qua homo supernaturalium veritatum cognitionem assequi possit. Greg. XVI n. 92. 93. 96. Pius IX n. 99.

Fides late dicta ex testimonio creaturarum similive motivo ad justificationem non sufficit. Inn. XI A 23.

Religio ex Dei loquentis auctoritate omnem suam vim acquirit, nec potest unquam ab humana ratione deduci aut perfici. Pius IX n. 99.

Rejicitur systema Lamennaisii. Greg. XVI n. 92. 93.

Dubium positivum non est basis theologicae inquisitionis. Greg. XVI n. 96.

Religio non potest humanis modis perfici. Pii IX 99.

Omne dogmatum nostrorum principium radicem desuper ex coelorum Domino accepit, ideo nihil fide nostra certius, nihil securius et quod firmioribus innitatur principiis, Pius IX n. 99, Raym. Lull. 98.

Rejicitur, fidem esse statum infantilem hominibus rudibus necessarium, non subtilibus; majorem esse certitudinem rationum quam fidei, fidemque per cognitionem evacuari. Raym. Lull. 97, 98.

Absque fide catholica nulla salus, et est hoc de fide Symb. Ath. Trid. Graec. Or. Flor. C, Pius VII 89, Pius VIII 91, Greg. XVI 92, 94, 95.

Necessaria est necessitate medii fides explicita, non solum unius Dei, sed et Dei remuneratoris Inn. XI A 22.

Humana ratio, ne in tanti momenti negotio decipiatur et erret, divinae revelationis factum diligenter inquirat oportet, ut certo sibi constet, Deum esse locutum. Pius IX 99. Baut. 2. 3. 4. 6.

Non sufficit certitudo, Deum locutum esse, mere subjectiva Pseudomysticorum. Mol. 53.

Assensus fidei supernaturalis non stat cum notitia solum probabili revelationis, neque cum formidine, qua quis formidat, ne non sit locutus Deus. Inn. XI A. 21.

Ab infidelitate non excusatur infidelis ductus opinione minus probabili. Inn. XI A. 4.

Non potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem. Inn. XI A. 20.

Revelationis veritas probatur motivis credibilitatis: miraculis Christi, vaticiniis, martyrum constantia, mirabili Ecclesiae diffusione etc. Pius IX n. 99. Baut. 2, 3, 4, 6.

Si ratione colligitur, non potest esse mirabile; si exemplo, non erit singulare. Tolet. XI p. 81.

Fides est libera et a voluntate pendet. Trid. Sess. 6 cap. 6.

Voluntas potest efficere, ut assensus fidei (saltem assensus supernaturalis) in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium. Inn. XI A 19.

Fides non est contra rationem, nec ratio contra fidem, cum ab uno eodemque veritatis fonte utraque procedat. Leo X A. Pius IX n. 99.

Recta ratio fidei veritatem demonstrat, tuetur, defendit. Baut. 5, Pius IX n. 99.

Humana ratio argumentis (credibilitatis fidei) clare cognoscens, Deum ejusdem fidei auctorem existere, ulterius progredi nequit, sed, quavis difficultate ac dubitatione penitus abjecta, omne eidem fidei obsequium praebeat oportet. Pius IX n. 99.

Fides est supra rationem. Ibid.

Rejicitur: omnes articulos fidei probari per rationes (internas) necessarias, demonstrativas, evidentes. Raym. Lull. 96.

Omnis speculatio nostra niti debet fidei a Patribus traditae. Valent. 1, 4, 5. Greg. XVI n. 92. 93.

Rejicitur: facilius trahi hominem subtilem per rationes (internas) ad fidem Christianam; falli posse, qui per fidem cognoscit, non qui per rationem, majoremque esse certitudinem rationum quam fidei. Raym. Lull. 97, 98.

Fides rationem ab omnibus erroribus liberat eamque divinarum rerum cognitione mirifice illustrat, confirmat atque perficit. Pius IX 99.

De fontibus veritatis revelatae.

Scriptura Sacra est divinitus inspirata cum omnibus partibus suis ut in Vulgata sunt. Trid. Sess. 4 decr. de can. scripturis.

Deus utriusque testamenti est auctor. Symb. Palaeol. Florent. C.

Libri canonici. Carth. III, Innoc. I A, Leo M. A. 15, Tolet. I 13, Decr. Gelasii, Flor. C. Trid. Sess. 4 decr. de libr. canonicis.

Vulgata authentica declaratur. Trid. Sess. 4 decr. de edit. et usu sacr. librorum.

Traditio fons alter revelationis. Syn. VIII can. 1, Trid. Sess. 4. decr. de libris canon. Symb. Trid. Orient. Mart. I 17, 18.

Auctoritas Patrum. Mart. I, 17—20, Valent. can. 1, Nic. II. Sed cf. Alex. VIII B. 30.

Auctoritatis Theologorum. Wicl. 29, Pistor. 76, 79. Sed cf. Alex. VII A 27.

Scriptura Sacra ad unanimem Patrum consensum interpretanda. Trid. Sess. 4 decr. de ed. et usu Script. Symb. Trid.

Legem credendi lex statuit supplicandi. Coelestin. I c. 11.

De Ecclesia.

ECCLESIAE PROPRIETATES.

Ecclesia non constat ex solis praedestinatis, Huss 1, 3, 5, 6, 21. Quesn. 72.

neque ex solis justis, et est proinde visibilis. Trid. Sess. 6 can. 28, Quesn. 72—78, Pistor. 15.

Rejicitur corollarium, nullum habere auctoritatem in Ecclesia, qui non sit praedestinatus, Wicl. 8, Huss 10, 11, 20, 22;

vel in peccato. Wicl. 12, 13, 15, Huss 20, 24, 26, 30.

Non sunt duae ecclesiae carnalis et spiritualis, Frat. 1.

neque auctoritas apud solos spirituales. Frat. 2.

Corollarium practicum: Ecclesia et clerus possunt habere bona temporalia. Wicl. 10, 16, 18, 32, 33, 36, 39, 44, Mart. V C 34—36.

Vera Ecclesia est una, sancta, catholica, apostolica. Symb. Nicaeno-Const.

Extra Ecclesiam nulla salus: Lat. IV A. Flor. C. ist dogma Greg. XVI 94.

Salvantur tamen, qui bona fide sunt, si necessariis necessitate medii satisfaciunt et baptismi votum habent. Innoc. III A. (cf. infra de necessitate baptismi et de justificatione extra sacramentorum susceptionem.)

Excommunicatio non separat tantum a communione externa Ecclesiae, non est poena solum externa, sed habet effectus interiores. Luth. 23, Pistor. 46.

Rejicitur, non exire nos a Christo, quando per nequitiam hominum excommunicamur, si simus interne Christo et Ecclesiae juncti. Quesn. 91, 97 cf. Wicl. 11, 13, 30.

Ecclesia est immutabilis, neque deficit in ea vel obscuratur veritas. Frat. 5. Quesn. 95, 96, 99, 100. Pist. 1. Cf. etiam Alex. VIII B. 17. Pist. 52, 53, 67, 76, 77.

HIERARCHIA ECCLESIASTICA.

Non omnes Christiani jus habent aequale docendi, praesidendi, neque sacerdotium commune omnibus est. Huss 26,28, 29. Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 10. Sess. 23 cap. 4, Lat. IV C, Mart. V C 37.

Est hierarchia divina ordinatione instituta, Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7.

Potestas ecclesiastica confertur per ordinationem, non a plebe vel magistratu. Trid. Sess. 23 can. 7. Addi possent canones prohibentes investituras laicales, qui sunt sequentes: Canon apostolicus 31, Syn. VII oec. can. 3, Syn. VIII oec. can. 12, 22. Gregorius VII in Synodis Romana II 1075, Romana V 1080 can. 2, Romana VII 1080 can. 1, 2, Victor III in synodo Beneventana 1087; Urbanus II in synodo Melphitana 1089

can. 8, Claramontana 1095, Romana 1099; Paschalis II in synodo Guastallae 1106, Trecensi 1107, Beneventana 1108, Romana 1110, Lateranensi 1112, Lateranensi altera 1116; Calixtus II in synodo Rhemensi 1119 et Lateranensi I oecumenica.

Missio ecclesiastica valida est sine populi et saecularis potestatis consensu. Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7.

Ad imperatorem non spectat papam instituere, destituere, punire. Marsil 3.

Ecclesia potest coactive punire sine auctoritate imperatoris. Marsil. 5. Wicl. 12.

Potestas civilis non potest abrogare leges Ecclesiae. Pistor. 75, 60.

Non tamen ecclesiam a regno separari licet mutuamve utriusque concordiam abrumpi. Greg. XVI n. 97.

Rejicitur: potestatem Ecclesiae datam ut communicaretur pastoribus, qui sunt Ecclesiae ministri; Pontificem Summum esse caput ministeriale. Pistor. 3, 4.

Item: Ecclesiam jus excommunicandi per pastores de praesumpto totius corporis consensu exercere. Quesn. 90.

Ad Hierarchiam ecclesiasticam praecipue pertinent episcopi, hierarchia divina ordinatione instituta constat episcopis, presbyteris et ministris. Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7.

Episcoporum est regere Ecclesias et ipsi sunt superiores presbyteris jure divino. Wicl. 28, Mart. V C 25, Marsil. 4. Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7. Vide etiam infra de ministro ordinationis et confirmationis.

Presbyteris et diaconis non licet praedicare absque missione episcopi, vel contra voluntatem episcopi. Wicl. 14, Huss 17, 18. Mart. V C 38.

Parochi non sunt judices fidei vi ordinationis neque habent in synodo dioecesana jus aequale decidendi cum episcopo. Pist. 9, 10.

Episcopi assumpti auctoritate Romani Pontificis sunt legitimi. Trid. Sess. 23 can. 8.

Primatus Romani Pontificis. Steph. Gelas. Hormisd. Marsil. 2, 4, Wicleff 37, 38, 41, Huss. 7, 9, 11, 27, 29, Martin V C. 23, 24, Flor. A, Symb. Palaeol., Luth. 25, Symb. Trid. Graec. Orient.

Auctoritas decretalium. Gelas. Wicl. 38.

Rejicitur duplex caput Ecclesiae. Innoc. X n. 67.

Concilium generale repraesentat ecclesiam universalem eique absolute obediendum. Mart. V C 5, 6, 7, Luth. 29, 30, Symb. Trid. Orient., Flor. C Mart. I 17—20.

Rejicitur praetensa auctoritas immoderata conciliorum nationalium et dioecesanorum. Pist. 11, 85.

Romani Pontificis est Concilia indicere, transferre, dissolvere eisque praesidere. Leo X B.

Non est futilis et toties convulsa assertio de Romani Pontificis superioritate super concilium generale episcoporum. Alex. VIII B 29, 30, Luth. 28. Prop. Gallic. 2, 3. Syn. VIII can. 13, Oxom. 8, Mart. V C not. Bulla „Auctorem fidei" in fine.

Papa potest dispensare a legibus universalis Ecclesiae Oxom. 9.

Appellationes a Romano Pontifice ad concilium universale sunt prohibitae et erroneae. Pius II.

Rejicitur doctrina episcopis omnia jura competere, quae ad regimen ecclesiae suae necessaria sunt, (quasi excludendo superioritatem Summi Pontificis et Concilii universalis) eisque repetenda esse jura sua originaria. Pistor. 6, 7, 8, 74, 77.

DE POTESTATE ECCLESIASTICA.

Potestas ligandi et solvendi non est solis apostolis data. Abael. 12. Lat. IV A. Trid. Sess. 23 cap. 1.

Christiani tenentur Ecclesiae obedire non solum, si se submittere velint. Trid. Sess. 7 de bapt. can. 8. Prof. fid. Trid.

Spirituales non sunt liberi ab obedientia Ecclesiae. Beg. 3.

neque perfecti quoad viam internam. Mol. 65—68.

Potestas Ecclesiae non est tantum externa, neque se extendit ad ea tantum, quae ligavit. Luth. 26.

Infallibile magisterium Ecclesiae. Luth. 27, Nic. II.

Rejiciuntur Quesnelli querelae contra dominatum supra fidem Christianorum. Quesn. 94, 100.

Ecclesiae est judicare de sensu et interpretatione Scripturarum sacrarum, Trid Sess. 4 decr. de edit. et usu Script. Symb. Trid.

judicare de canone, de textu authentico Scripturae. Vide supra. p. 370.

Coroll. pract.: Lectio scripturae non est omnibus concedenda. Quesn. 79—85, Pist. 67.

Ecclesia est infallibilis in statuenda disciplina. Pist. 78. Casus particulares definitionum quoad disciplinaria vide infra de sacramentis, sacramentalibus, caeremoniis. Pist. 47—57, 80—84. etc.

Ecclesia est infallibilis quoad factum dogmaticum. Clem. XI n. 79. Pist. 13, 14, Syn. V can. 12, 13, 14. Mart. I 18, Mart. V C 8.

Non sufficit silentium obsequiosum praestitum decretis Ecclesiae dogmaticis. Clemens XI n. 79.

Summum Romani Pontificis supra universam Ecclesiam magisterium; et est de fide. Flor. C, Lugd. II in Symb. Palaeol. et in definitione de Sp. S. Hormisd. Trid. Sess. 7 de bapt. can. 3, Sess. 14 de extr. unct. cap. 3. Sess. 22. cap. 8, Symb. Trid. Graec. Orient. Gallicana prop. 4 Pist. 12. Non est futilis atque toties con-

vulsa doctrina de Romani Pontificis infallibilitate. Alex. VIII B 29, 30. Gallicana prop 4. Oxom. 7. Luth. 27.

Potestas Ecclesiae extenditur etiam ad res exteriores per disciplinam, non solum ad fidem et mores, et Ecclesia habet veram potestatem jubendi et cogendi poenis. Pist. 4.

Potestas coactiva Ecclesiae ipsi propria auctoritate competit, non ex concessione potestatis civilis. Marsil. 5, Wicl. 12.

Potestas censurandi; aliquae propositiones censuris ecclesiasticis injuriosae. Wicl. 11, 13, 20, 30. Huss 19, Mart. V C 31—33, 39, Luth. 24, Quesn. 91—93, 98, 100, Pistor. 47—50.

Censurati possunt tradi brachio saeculari. Huss 14, Mart. V C 32, Luth. 33.

De potestate sacerdotali vide supra p. 371, et infra de ordine, sacrificio, ministro sacramentorum.

De Deo uno et trino ut in se est.

Dei attributa Lat. IV A. Mart. I, can. 1 etc.

Duplex principium, bonum et malum rejicitur. Leo M. A 6, Tolet. I 9, 10, Lat. IV A, Flor. C, Symb. Palaeologi.

Deus simplex est, Deus est divinitas, sapientia etc. neque est realis distinctio inter naturam et attributa. Conc. Rhem.

In Deo non esse distinctionem neque in intellectu, neque extra intellectum, rejicitur. Ekk. 23.

Deus naturaliter videri, hoc est immediate cognosci non potest ab anima rationali. Beg. 5.

Rejicitur Deum non posse facere aliud quam quod facit, et quando et quomodo facit. Abael. 7.

Rejicitur Pantheismus Amalrici, Lat. IV A. Ekkardi doctrina Deum esse indifferentiam rerum et nihil determinatum vel singulare. Ekk. 7, 23.

Deus est trinus in personis. Symbola omnia et Synodi VI priores, Dam. 2, Leo M. A 1, Tolet. I. 2, 3, 4, Mart. I can. 1, Lat. IV A etc.

Unitas naturae in Trinitate. Dam. 1, 24, Syn. V can. 1, Lat. IV A, Martini I, 1, et Symbola omnia.

Tres personae sunt aequales; non magnus, major, maximus. Abael. 1. Syn. V can. 1, Orig. etc.

Divinitas Filii. Nic. I, Dam. 3, 5, 10—13, 19—21, Leo M A 3, etc.

Verbum non est virtus extensa a Patre. Dam. 8.

Divinitas Spiritus S. Dam. 3, 4, 10, 16—23, Constant. I, Syn. V can. 11.

Spiritus S. non est anima mundi. Abael. 1.

Non licet dicere Deum triplicem, sed trinum. Tol. XI. p. 78.

Non dicendum est: unus Deus distinctus in tribus personis, sed in tribus personis distinctis. Bulla „Auctorem fidei" in fine.

Omnia attributa divina sunt tribus personis communia, est una voluntas trium. Mart. I can. 1, Dam. 20, 21, Abael. 14, Symb. Tolet. XI p. 77, 79, 83, et Palaeol.

In Deo omnia sunt communia, ubi non obviat relationis oppositio. Tolet. XI. p. 79. Flor. C.

Opera ad extra sunt tribus personis communia, sunt unum principium creaturarum. Mart. I can. 1, Lat. IV A, Flor. C. Tolet. XI, p. 80, 82, 83.

Relatio ipsa personalis personas separari vetat, ib. p. 81.

Quo sensu in Deo numerus habeatur, quo non. ib. p. 79.

Non est realis distinctio inter naturam et personas, naturam et subsistentias. Con. Rhem. Lat. IV A. Deus est Trinitas non in Deo Trinitas hoc sensu dicitur a Tolet. XI. p. 78.

Est tamen quaedam distinctio inter naturam et personas. Ekk. 24.

Personae realiter ab invicem distinguuntur. Symb. Ath. Tolet. XI p. 79. Ekk. 24 etc. etc.

Personales proprietates in Deo sunt relativae: Pater dicitur ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus S. ad Patrem et Filium: Pater vero, Filius, Spiritus S. ad se dicitur Deus: non est pluralitas in eo quod ad se sunt; personae constituuntur per proprietates relativas, (cum natura). Tolet. XI p. 78, 81.

Essentia non generat, nec generatur, nec procedit: communicatur tamen. Lat. IV A Flor. C.

Filius est ex substantia Patris, Pater dat ei substantiam. Dam. 11, Lat. IV A, Flor. C, Tolet. XI p. 77.

Spiritus S. est ex substantia Patris et Filii. Abael. 2. Symb. Graec. Orient.

Pater Filium necessario, sed spontanee ac voluntarie gignit. Tolet. XI p. 78.

Pater est ingenitus, Filius gignitur, Spiritus S. procedit. Symb. Ath. Tolet. XI, Symb. Tolet. I, Lat. IV A etc.

Filius est ex sapientia Patris, Spiritus ex amore Patris et Filii. Tolet. XI p. 78, 80.

Rejicitur: melius et exactius secundam personam dici Verbum quam Filium. Eo dicitur Verbum, quo Filius. Bulla „Auctorem fidei" in fine.

Spiritus S. a Patre Filioque procedit, tanquam ab uno principio et unica spiratione. Tolet. XI p. 78, Lat. IV A Flor. A C. Lugd. II in def. Symb. Palaeol. Graec. Or.

Additamentum „Filioque" rationabiliter symbolo adjectum est. Flor. A. Symb. Graec. Orient. cf. notam ad symbolum Nicaeno-Constantinop.

Spiritum a Patre per Filium procedere, quid sit. Flor. A.

Spiritus S. a Patre et Filio mittitur. Tolet. XI p. 78.

Filius (quatenus homo) a Patre et se et Spiritu S. mittitur. Ibid. p. 83.

Deus ad extra operans.

Deus principium et finis ordinis naturalis.

DE CREATIONE ET CREATIS.

Deus mundum ex nihilo creavit. Lat. IV A Flor. C. Symbola omnia.

Deus mundum libere neque ab aeterno creavit. Abael. 7. Ekk. 1, 2, 3, Wicl. 27.

Rejicitur impia doctrina Emanatistarum. Vide propositiones Origenis et Ekkardi.

Deum esse indifferentiam rerum, neque bonum, neque meliorem, neque optimum, Ekk. 28.

Determinatum et singulare esse negationem Dei, Ekk. 7.

Deum non esse nisi mundum creaverit, Ekk. 1, 3.

Esse in Deo emanationes, virtutes extensas, Leo M. A 2, Tol. I 15.

Quidquid Deus operatur unum esse, Ekk. 22.

Omnem creaturam esse purum nihil, Ekk. 26.

Mundum esse genitum non creatum, Filium Dei. Orig. 6. Ekk. 3.

Mundum in se habuisse, antequam gigneretur, sua elementa et ideam sui; id factum per Mentem, quae facta est cognitione Monadis et est proprie Christus, Orig. 6, 8, 9.

Spiritum S. esse animum mundi, Abael. 3.

In fine omnia in Deum transformari vel Deo uniri. Orig. 11—15. Ekk. 9, 10.

Duplex est creatura: spiritualis et corporalis, et humana ex utraque composita. Lat. IV A. Symb. Palaeol. Flor. C.

Angeli sunt sine corporibus. Ibid. et Orig. 2, 4.

Rejicitur ex angelico psychicum fieri et ex psychico humanum et diabolicum, Orig. 5.

Item solem, stellas fuisse entia rationalia, quae per ıum quemdam facta fuerint corporalia, Orig. 3.

Item spiritus, post lapsum crassiora vel subtiliora m sortirentur corpora, facta fuisse angelos, homines, ıteriam, diabolos, Orig. 2—5.

Anima hominis non est divinae substantiae vel unum m Verbo. Orig. 2, Leo M A 5, Symb. Tolet. I, Tolet. I, ı. 12, Ekk. 11—13, 20—22, 25, 27, Mol. 5.

Neque justus est unigenitus Dei Filius. Ekk. 20—22.

Rejicitur justum Deo omnia operari. Ekk. 13.

Rejicitur doctrina de animabus naturaliter bonis vel ılis; Leo M A 9, 10, Huss 16.

Unicam fuisse primitus omnium animam. Orig. 2.

Lapsu factum, ut animae praeexistentes in corpora ciderent. Orig. 1—5, Leo M. A, 10.

Anima rationalis est forma corporis. Viennen. C, o X A.

Homo non habet duas animas rationales. Syn. VIII p. 10.

Anima non est unica in omnibus. Leo X A.

Est immortalis. Leo X A.

Materia mala rejicitur, omnia Dei opera sunt bona. o M. A 8, Tolet. I 18, Lat. IV A, Flor. C.

Nulla mali natura (entitas). Flor. C.

DE PROVIDENTIA.

Fatum stellarum rejicitur. Leo M A 11—14. Tolet. I 16.

Fatalismus Lutheri. Prop. 14.

Contra optimismum Abaelardi. prop. 7.

Rejicitur Deum non debere nec posse mala impedire; ıael. 8.

Deum velle mala sicut bona; Ekk. 14.

In opere malo non minus elucere gloriam Dei quam bono; Ekk. 4—6, 14, 15.

Deum oportere obedire diabolo; Wicl. 6.

Deum nobis subjicere omnipotentiam suam. Inn. XI B.

Non omnes justorum passiones sunt poenae peccatorum. Baj. 72, Quesn. 70.

Deus principium et finis ordinis supernaturalis gratiae.

Elevatio creaturae rationalis ad finem supernaturalem visionis beatificae.

Angelorum. Baj. 3, 4, 5.

Hominum. Beg. 5. Baj. 3, 4, 11, 21.

Hinc requiritur ut per actus virtutum supernaturalium ad hunc finem tendat. Baj. 2, 4, 5, 11, 12, 13, 23, 31, 32, 33, 42, 70. Araus. can. 5, 7, 17, 21, 25. Trid. Sess. 6. can. 3. Alex. VIII B 14, 15. Inn. XI A. 20, 21.

Neque sufficiunt actus naturaliter boni. Innoc. XI A 23, 57. Trid. Sess. 6 can. 1.

Recte distinguitur duplex amor: naturalis, quo Deus amatur ut auctor naturae, et gratuitus, quo amatur ut beatificator; duplex observatio praeceptorum; quoad substantiam et quoad modum, qui conducit ad vitam aeternam; duplex opus bonum: moraliter bonum et meritorium finis supernaturalis. Baj. 34, 36, 37, 38, 61, 62, 65, Pistor. 24, Alex. VIII A 1, 2. Araus. can. 17.

Status hominis primigenius.

Dona concessa primo homini erant supernaturalia, Baj. 9, 24.

Deus ab initio potuisset hominem creare qualis nunc nascitur. Baj. 55. Pistor. 16.

Adam in statu primordiali egebat gratia. Araus. can. 19. Baj. 1, 3, 4, 7.

Haec primi hominis gratia erat supernaturalis, non erat sequela creationis, neque debita naturae integrae vel illi proportionata. Baj. 9, 23; 24, Quesn. 34, 35, 37.

Merita primi hominis non erant tantum modo humana vel naturalia. Baj. 1, 3, 7, 9. Quesn. 34.

Haec valent etiam quoad angelos. Baj. 1, 3, 9.

Justitia primi hominis erat supernaturalis et potuit sine ipsa creari. Baj. 21, 79.

Erat exaltatio supra naturam hominis, sublimatio in consortium divinae naturae (II Petr. 1, 4.) ad statum deificum (Joh. 10, 34, 35.) adoptio in filium Dei. Baj. 21, 23, 24. cf. 17.

Integritas primi hominis h. e. subjectio concupiscentiae erat supernaturalis. Baj. 26.

Immortalitas item. Baj. 6, 78. Pistor. 17.

Lapsus hominis et peccatum originale.

Adam per peccatum perdidit Dei gratiam et secundum corpus non solum, sed et animam factus est deterior. Araus. can. 1. Trid. Sess. 5, can. 1. Milev. can. 1.

Peccatum Adae non ipsi soli nocuit, sed ad omnes ejus posteros diffunditur propagatione, non imitatione. Milev. can. 2, Araus. can. 2., Trid. Sess. 5 can. 2, Caris. 1.

Inest cuique proprium. Trid. Sess. 5 can. 3.

Est verum peccatum. Milev. can. 2. Araus. can. 1, 2; Abael. 9, Trid. Sess. 5, can. 2, 4, 5.

Concupiscentiae motus involuntarii non sunt peccata, Luth. 3. Trid. Sess. 5. can. 5. Baj. 50, 51, 75, 76.

Neque in renatis relapsis. Baj. 74.

Neque habitualiter in parvulis propter voluntatem dominantem, Baj. 48, 49.

Sed dicitur peccatum, quia ex peccato est et ad peccatum inclinat; adeoque non est peccatum originale. Trid. Sess. 5 can. 5.

Peccatum originale non est habituali parvuli voluntate voluntarium. Baj. 48.

Peccatum originale non habet rationem peccati sine respectu et relatione ad voluntatem a qua originem habuit. Baj. 47, cf. 46.

Non omne scelus est ejus conditionis, ut possit posteros auctoris inficere sicut peccatum originale. Baj. 52, 53.

Non debet homo tota vita agere poenitentiam pro peccato originali. Alex. VIII B 19.

Sequelae peccati originalis et status hominis lapsi.

a) Excluduntur parvuli etiam a beatitudine. Milev. can. 3. add. Flor. A Symb. Graec. et Orient. Symb. Palaeol.

Non tamen patiuntur poenas pares illis damnatorum propter peccatum personale Flor. A. Symb. Graec. Or. Pal.

Non est fabula Pelagiana doctrina, quae limbum infantium admittit, in quo cum poena damni absque poena ignis degunt. Pist. 26.

Homo erat sub potestate diaboli. Abael. 4.

b) Intellectus obscuratus est. Araus. can. 7. 22. ad cognoscenda mysteria supernaturalia plane incapax. Araus. can. 7. 8. 22.

c) Libertas s. capacitas ad bonum (theologicum, supernaturale) plane decidit. Milev. can. 5. Coelestin. I cap. 4. Araus. can. 8, 13, 21. Caris. cap. 2. Trid. Sess. 6, can. 1, 2, 3.

Libertas generatim laesa est, Araus. can. 8, 13, atque peccati vitandi incapax; Araus. can. 22. non tamen est omnino destructa vel res de solo titulo; Luth. 36. Trid. Sess. 6 can. 5. Alex. VIII B. 8. Quesn. 38. inclinata tamenet attenuata. Araus. can. 8, 25. Trid. Sess. 6 cap. 1.

Remansit libertas arbitrii, Baj. 65.

Neque sufficit ad merendum vel demerendum libertas a coactione, voluntarium praecise tale. Baj. 39, 41, 46, 65, 66, 67, Jansen. 3. Alex. VIII B 1.

Liberum arbitrium potest bonum quoddam (naturale) sine gratia agere, (adeoque impotentia ad observationem praecepti, quoad substantiam, ad opus moraliter bonum praecise, non est nisi moralis.) Baj. 27—30, 37, 65. Quesn. 1—5, 22, 38—42, 64, Pist. 24.

Non omnia infidelium vel peccatorum opera sunt peccata neque philosophorum virtutes vitia. Baj. 25, 35, 59, 68. Alex. VIII B. 8.

Neque in omnibus actibus servit cupiditati dominanti. Baj. 40, Quesn. 45, Pistor. 23.

Peccata ex ignorantia invincibili commissa, non sunt formaliter talia propter voluntatem Adae. Baj. 68, Alex VIII, 2.

Ex eadem voluntatis debilitate sequitur hominem sine speciali privilegio non omnia venialia vitare posse. Milev. can. 7, 8, 9, Trid. Sess. 6 cap. 11. can. 23. Beg. 1. Mol. 55, 56, 62.

d) Neque pervenire ad plenam ἀπάθειαν, hoc est, libertatem a concupiscentiae motibus potest. Mol. 55, 56.

e) Mors corporis est sequela peccati. Mil. can. 1.

De Incarnatione Verbi ad redimendum hominem lapsum.

Verbum caro factum est, ut hominem lapsum redineret a peccato. Symb. Nicaeno-Constantinop. etc.

Christus non suscepit angelos et virtutes redimere, ed propter nos homines et propter nostram salutem lescendit de coelis. Orig. 7. Symb. Nicaeno-Constant. etc.

Rejicitur doctrina Origenis illum, qui se exinanivit, fuisse Mentem factam cognitione Monadis, quae sit proprie Christus et solus ille spiritus, qui Deo conjunctus remanserit. Orig. 6, 8, 9, 10.

Sunt igitur in Christo duae naturae inconfusae, impermixtae, perfectae: humana et divina. Dam. 14, 15, Chalced., Leo M B, Symb. Ath., Symb. Tolet. I, Tolet. I, 7, 8, 14, Martin. I, 4, 7, 9. Definitio Synodi VI, Agatho, Toletanum XI, Symb. Palaeolog. Orient. Syn. V can. 2, 4, 8, Lat. IV A.

Christus est ex duabus et in duabus naturis. Martin. I 6, Chalced. Symb. Palaeol.

Christus habet animam humanam intellectualem. Dam. 7, Const. I can. 1, Tolet. I can. 5. Tolet. XI, Syn. V 11, Mart. I 2, Syn. VI, Lat. IV A, Symb. Palaeol. et Or.

Duplicem habet voluntatem et operationem. Leo M B, Agatho, Mart. I 10—16, Syn. VI, Symb. Or.

Quae tamen voluntates sunt unitae et concordes. Mart. I 16, Syn. VI, Agatho.

Operatio θεανδρική quo sensu. Mart. I 15.

Verum fuit corpus Christi, non phantasticum. Symb. Tolet. I, Tolet. I can. 6, Symb. Palaeol.

In Christo sunt tres substantiae. Tolet. XI p. 82.

Istae duae Christi naturae in unam personam divinam unitae sunt. Dam. 6, Anathematismi Cyrilli, Syn. Eph., Chalc., Syn. V. can. 3, 4, 5, 7, 12, Syn. VI, Symb. Ath., Symb. Tolet. I, Tolet. XI, Lat. IV A, Symb. Or. Palaeol.

Est igitur unio secundum subsistentiam Syn. V. 4, non secundum conjunctionem, vel dignitatem, Cyr. anath. 3, vel operationem, Cyr. 9, vel inhabitationem, Cyr. 11, sed est unio substantialis, (h. e. non accidentalis.) Syn. V, can. 5, 8. Martin I can. 8. Cyrill. anath. 3.

Christus non est dicendus homo Theophorus, sed Deus. Cyr. 1, 5.

Rejicitur propositio Huss: duae naturae, humanitas et divinitas sunt unus Christus. Huss 4.

Substantia divina incarnata est, sed in Filio. Rhem. Con.

Hinc sequitur, Beatam Virginem vere esse Dei genitricem. Syn. V can. 6, Cyr. 1, Mart. I can. 3, Syn. VI, Symb. Or.

Sequitur, Christum hominem una adoratione cum Verbo adorandum. Cyrill. 8, Syn. V can. 9, 12.

Adorare directe humanitatem Christi ejusque partem v. g. Sanctissimum Cor Jesu, non est honor divinus datus creaturae. Pistor. 61—63.

Non adoratur tamen humanitas vel ejus pars cum separatione aut praecisione a divinitate, sed prout inseparabiliter divinitati unita. Pist. 61, 63.

Sequitur communio idiomatum. Cyr. 4, 12, Syn. V can. 10, 12, Abael. 5.

Unum de Trinitate passum, quo sensu dici possit. Syn. V can. 10.

Adoptivum filium Dei esse Christum hominem rejicitur. Conc. Francof. Symb. Palaeol.

Christus libere passus est. Mart. V 2, 10.

Christus fuit sine peccato. Chalced. Syn. VI, Tol. XI, p. 83. Mart. I can. 5.

In Christo non sunt passiones involuntariae, malae, et concupiscentia. Syn. V can. 12.

Christus non pro se obtulit sacrificium. Cyrill. 10.

Rejicitur doctrina, Christum profecisse ex deterioribus ad meliora, et ita meruisse, ut Filius Dei diceretur. Syn. V can. 12.

Opera Christi trahunt majorem (infinitum) valorem ex dignitate personae operantis. Baj. 19.

In Christo fuit spiritus timoris. Abael. 11.

In cruce partem inferiorem Christi non communicasse parti superiori suas involuntarias perturbationes, rejicitur. Cam. 13.

Caro Christi est vivifica. Cyrill. 11.

Christus homo est praedestinatus. Tolet. XI p. 82.

Incarnationem Verbi operata est tota Trinitas, sola Verbi persona humanam naturam in unitatem personae assumente. Lat. IV A. Toletan. XI p. 82, Concil. Rhemen.

Partus virginalis. Mart. I can. 3. Omnia symbola.

B. Maria virgo fuit ante partum et remansit Virgo in partu et post partum. Mart. I can. 3.

Sententia, animam B. V. M. in primo instanti suae creationis et infusionis in corpus fuisse a peccato originali per Filii sui meritum servatam immunem, est pia, vetus, quam omnes fere Christiani amplectuntur, ad quam plerseque academiae accesserunt. Cf. Decreta Sixti IV, aliorumque Pontificum, praesertim Alexandri VII de Immaculata Conceptione, Trid. Sess. 5 can. 5, Baj. 73.

Beata Virgo et Mater Christi singulari privilegio non peccasse, ne quidem venialiter, tenet Ecclesia catholica. Trid. Sess. 6 can. 23.

Rejicitur: Mariae oblationem in templo testari quod indiguerit purificatione. Alex. VIII B 24.

Anima Christi descendit ad inferos per se, non per potentiam solam. Abael. 18, Lat. IV A.

Christus vere in carne resurrexit; rejicitur commentum Origenis, ipsum post resurrectionem habuisse corpus spirituale et sphaericum. Orig. 10, Lat IV A.

Christus morte sua nos a peccatis redemit et nemo a potestate diaboli liberatur nisi per meritum Christi. Flor. C Trid. Sess. 5 can. 3, Sess. 6 cap. 2, 7, 16, can. 10, Milev. can. 3, 4, Araus. can. 24, 25, et Symbola omnia.

De mediis ad finem assequendum per Christum datis in statu naturae reparatae.

DE GRATIA ACTUALI.

Distinguitur in gratiam intellectus et voluntatis: illuminationem et inspirationem; Coelestin. I c. 9, Araus. can. 7, Pistor. 21.

In gratiam operantem et cooperantem; praevenientem s. excitantem et adjuvantem; antecedentem, concomitantem et subsequentem. Araus. 25, Caris. 2, Trid. Sess. 6 cap. 5, can. 3, cap. 16.

Necessitas gratiae generatim. Coel. I c. 5, Araus. can. 15, 16, 18, 19, 21, 25, Abael. 6, Trid. Sess. 6 can. 1 Ephesin. etc. etc.

Absoluta necessitas gratiae elevantis, ut credamus, speremus, diligamus sicut oportet, ut bonum faciamus, quod ad vitam aeternam pertinet, ad bonum supernaturale. Mil. can. 5, Araus. can. 5, 7, 13, 17, 21, 25, Caris. 2, Trid. Sess. 6, can. 1, can. 2, Pistor. 21.

(Moralis) necessitas gratiae medicinalis ad substantiam operis:

a) ut cognoscamus verum, Milev. can. 4, Araus. 7, 9, 22,
b) ne peccemus, Milev. can. 3, 4, Araus. 13—22. Coelestin. I c. 6, 7;
c) ad bona opera, Araus. can. 11, 17, 18, 20.
d) ad orandum, pro gratia impetranda, Araus. can. 3, 6.
e) ad initium fidei, Araus. can. 5, Coelestin. I c. 12.
f) ad bonae voluntatis initium: Deus non expectat ut velimus, ut det gratiam, sed praevenit nos et facit nos velle, Araus. can. 4, 6, Coelestin. I c. 11.
g) ad perseverandum, Araus. can. 10, Coelestin. I c. 6, c, 11, Trid. Sess. 6 cap 13, can. 22; et est magnum et speciale donum perseverantia. Trid. Sess. 6, can. 16, 22.

Necessitas gratiae praevenientis. Araus. can. 4, 6, 9, 14, 23, 25, Coelestin. I c. 8, 12.

Necessitas gratiae non solum intellectus, sed et voluntatis, Mil. 4, Araus. 7. Coelestin. I c. 10.

Gratuitas gratiae: homo nullis praecedentibus meritis vocatur. Araus. can. 4, 6, 12, 14, 17, 25. Trid. Sess. 6 cap. 5, 8.

Gratia non est omnipotens Dei voluntas, cui nunquam resistatur in statu naturae lapsae. Quesn. 9—25, 36, 37. Jansen. 2, 4. Pistor. 21. Trid. Sess. 6 cap. 5. can. 4.

Homo gratiae cooperari debet, liber est sub actione gratiae, neque ut quoddam inanime nihil agit. Araus. 23, Coelestin. I c. 8, 12, Caris. 2, 4, Trid. Sess. 6 cap. 5, cap. 6 init. can. 4, 9, Baj. 10, Quesn. 69.

Deus dicitur nobis cooperari. Araus. can. 9, can. 25.

Habet gratiam etiam, qui peccat; datur proinde gratia mere sufficiens, neque omnis gratia est efficax. Quesn. 17.

Gratia sufficiens est vere utilis, non perniciosa, verum Dei beneficium. Alex. VIII B 6.

DE GRATIA HABITUALI, EJUS ACQUISITIONE, AUGMENTO, AMISSIONE &c.

De natura sanctificantis gratiae in statu naturae lapsae.

Justificatio non est sola remissio peccatorum, Vienn. C. Trid. Sess. 6, cap. 7, can. 11.

neque favor Dei externus; Trid. Sess. 6 can. 11. ejus causa formalis est justitia Dei, non qua Deus justus est, sed qua nos justos facit; justitia Christi, non forensi modo nobis imputata, sed nobis communicata. Trid. Sess. 6 cap. 3, 7, 16, can. 10, 11.

In justificatione non raditur tantum vel tegitur, sed vere deletur peccati reatus. Luth. 2, Trid. Sess. 5 can. 5.

Est proinde sanctificatio et renovatio interna et positiva, Araus. 24. Vienn. C. Trid. Sess. 6 cap. 7, 16, can. 11.

Justificatio nunquam habetur separata a remissione peccatorum, neque consistit in sola obedientia mandatorum; Baj. 42, 43, 69, 70, 18, 31—33.

est gratia infusa, inhaerens, Viennen. C. Trid. Sess. 6 cap. 7, 16, can. 11.

est supernaturalis, exaltatio supra naturam hominis in consortium divinae naturae, ad statum deificum, gratia adoptionis in Filium Dei, inhabitatio Spiritus Sancti. Trid. Sess. 6 cap. 4, 7. Baj. 42, 69, 17, 21, 23.

Cui juncti sunt habitus fidei, spei, charitatis. Vienn. C. Trid. Sess. 6 cap. 7, can. 11.

Justificatio non est semper conjuncta cum remissione omnium poenarum temporalium. Trid. Sess. 6 cap. 14, can. 30, Sess. 14 de poen. cap. 8 can. 12, 15.

De gratiae habitualis acquisitione in statu naturae lapsae s. justificatione.

Justificatio est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum et reparatio lapsorum, qua amissam gratiam recuperare procurant. Trid. Sess. 6 cap. 4, 14.

Ejus causa finalis est gloria Dei et Christi et vita aeterna; meritoria, Christus pro nobis crucifixus; instrumentalis, sacramenta baptismi et poenitentiae. Trid. Sess. 6, cap. 7, 14.

Sine Christi merito nemo justificatur. Milev. can. 3, 4, Araus. can. 24, 25, Trid. Sess. 5 can. 3, Trid. Sess. 6, cap. 2, 7, 16, can. 10.

Sed homo potest ac debet cum gratia se ad justificationem disponere. Trid. Sess. 6 cap. 5, 6, can. 4, 9, 13, Sess. 14 de poenit. cap. 4, can. 5, Quesn. 68.

Opera non sunt tantum fructus ac signa adeptae justitiae. Trid. Sess. 6 can. 24.

Isti actus hominis sunt verae dispositiones et praeparationes ad justificationem. Trid. Sess. 6 cap. 5, 6, 7, can. 4 Sess. 14 de poen. cap. 4, can. 5.

Majori dispositioni respondet major gratia. Trid. Sess. 6 cap. 7.

Nihil tamen eorum, quae justificationem praecedunt, eam meretur, sed gratis justificamur, fiuntque haec opera per gratiam, Araus. can. 3—6, 8, 12, 14, 16, 21, 24, 25. Trid. Sess. 5 can. 3, Sess. 6 cap. 8 etc.

Actus disponentes debent esse supernaturales: non sufficit fides late dicta ex testimonio creaturarum, neque attritio naturalis. Baj. 42, 44, Innoc. XI A, 23. 57.

Dispositiones sunt fides, spes, charitas, poenitentia, Trid. Sess. 6 cap 6, Sess. 14 de poenit. cap. 1, 4, can. 4.

non fides sola. Luth. 12, Trid. Sess. 6 cap. 7, 8, 9, 11, can. 9, 12, 29.;

nec fides sola cum precibus, Quesn. 68.

Fides justificans non est fiducia divinae misericordiae, qua quis certo credit se justificari propter Christum. Trid. Sess. 6 can. 12, 13.

Fides proinde eo sensu justificat, quia est fundamentum et radix justificationis. Trid. Sess. 6 cap. 8.

Non sufficit fides unius Dei sine fide explicita remuneratoris. Innoc. XI A 22.

Poenitentia non consistit tantum timoribus incussis conscientiae et fide. Sess. 14 de poenit. cap. 3, 6, can. 4, 9.

Ad veram poenitentiam non sufficit non peccare de caetero, sed est contritio dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de caetero. Luth. 7, Trid. Sess. 14 de poenit. cap. 4.

Duplex datur contritio: charitate perfecta et imperfecta, quae oritur ex turpitudinis peccati consideratione vel poenarum metu. Trid. Sess. 14 de poenitentia cap. 4, can. 5.

Attritio ex poenarum metu et consideratione turpitudinis peccati concepta, excludens voluntatem peccandi cum spe veniae, non est mala, neque coactus timor, Luth. 4, 6. Trid. Sess. 6 cap. 6, Sess. 14 de poenit. cap. 4, can. 5. Alex. VIII B 15, Quesn. 60.

Attritio ex poenarum metu sine dilectione benevolentiae Dei propter se, potest esse supernaturalis. Alex. VIII B. 14, 15.

Quomodo exponantur verba Tridentini, in attritione ad justificationem utili peccatorem incipere Deum diligere ut fontem justitiae; utrum actus aliquis dilectionis Dei requiratur, necne, liberum relinquitur. Communior videtur sententia negans. Alex. VII decr. 5 Maj. 1667.

Ad justificationem cum sacramento sufficit attritio, non requiritur contritio, Trid. Sess. 14 de poenit. cap. 4, Sess. 6 cap. 6;

neque charitas dominans sive fervor charitatis. Pist. 36.

Contritio charitate perfecta cum voto sacramenti ante susceptionem justificat. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 4.;

etiam extra casum necessitatis vel martyrii. Baj. 71.

De augmento justificationis s. justificatione secunda.

Justitia suscepta augeri potest per bona opera. Trid. Sess. 6 cap. 24, 32, Baj. 44.

De certitudine justificationis.

Nemo certitudine fidei scire potest vel debet, se esse justificatum. Trid. Sess. 6 cap. 9, can. 13, 14.

De amissione justificationis.

Justificatus potest peccare et gratiam amittere. Trid. Sess. 6 cap. 12, 13, 15, can. 23, 27, Sess. 7 de bapt. can. 6, Quesn. 43.

Falsum est, eum qui peccat nunquam fuisse justificatum. Trid. Sess. 6, can. 23.

Gratia amittitur per quodvis peccatum, non per solum peccatum infidelitatis. Trid. Sess. 6 cap. 15, can. 27.

Non amittitur fides per quodlibet peccatum. Trid. Sess. 6 cap. 15 can. 28. Alex. VIII B 12.

Fides potest esse sine charitate, Quesn. 51, 52.

et sine spe. Quesn. 57.

Falsum, non posse resurgere, qui lapsus est. Trid. Sess. 6 cap. 14, can. 29, Lat. IV A.

DE LEGE PROUT MEDIUM SALUTIS EST.

Lex ejusque observatio, per se sola non justificat. Araus. can. 16, 21, Trid. Sess. 6 cap. 1. cf. Sess. 5 can. 3.

Lex est bona et opus Dei. Tolet. I, 9. Florent. C.

Rejicitur impia doctrina, legem ad id tantum prodesse ut peccetur, vel ut ex timore vitetur malum, nullo modo bonum per ipsam fieri. Quesn. 64 cf. 63.

Rejicitur doctrina in Novo Testamento non haberi legem, nisi fidei, caetera vero indifferentia esse. Trid. Sess. 6, cap. 11, can. 19—21, 27, Sess. 7 de bapt. can. 7.

DE MERITO ET DEMERITO.

Rejicitur doctrina, opera, saltem externa, indifferentia esse, Abael. 13, 19. Ekk. 16—19, Trid. Sess. 6 cap. 11, can. 19—21, 24;

etiam quoad justificatos, Trid. Sess. 6 cap. 11;

etiam quoad perfectos. Beg. 2, 3, 6, 8. Molin. 40.

De operibus non justificatorum.

Rejicitur doctrina: opera dividi immediate in mala et bona: (quia praeter bonum quod antomastice tale dicitur,

quale Deus in praesenti ordine a nobis requirit, dantur opera moralia, quae tamen beatitudinem non merentur). Huss 16.

Rejicitur doctrina: non esse nisi duos amores: dilectionem Dei vel mundi, laudabilem charitatem vel vitiosam cupiditatem. Baj. 38, Alex. VIII B, 7, Quesn. 44—46, Pistor. 23.

Recte distinguitur duplex justitia: altera, quae fit per Spiritum S. inhabitantem, altera, quae fit per Spiritum nondum quidem inhabitantem, sed tamen moventem. Opera ante justificationem facta non sunt omnia peccata. Trid. Sess. 6 can. 7. Trid. Sess. 14 de poenit. cap. 4, can. 5. Baj. 63. Pistor. 23.

Falsum est, malos omnia male agere, et in omnibus actibus dominanti cupiditati servire. Huss 16, Baj. 35, 40, Quesn. 45, Pistor. 23.

Infideles non peccant in omnibus operibus suis. Baj. 22, 25, 68.

Oratio impiorum non est peccatum. Quesn. 59, cf. Wicl. 26.

De operibus justorum.

Dei mandata non sunt impossibilia justis, Deus homini impossibilia non jubet. Araus. can. 25, Trid. Sess. 6 cap. 11, can. 18, Baj. 54, Jans. 1, Pistor. 19.

Non peccat homo in quocumque opere bono neque venialiter. Luth. 31, 32, 35, 36, Trid. Sess. 6 cap. 11, can. 25.

Opera bona justificatorum vere merentur augmentum gratiae et gloriae. Araus. can. 18, Abael. 13, Trid. Sess. 6 cap. 16, can. 24, 26, 32, Baj. 44.

Dignitas operum, qua merentur, est a gratia, eo quod fiant a filio Dei et membro Christi, nec dantur nisi in justificato. Coelestin. I c. 8, 12, Araus. can. 18. Trid.

Sess. 6 cap. 16, can. 32, Baj. 8, 11, 12, 13, 15, 17, 18, 31, 32, 33, 62, 70.

Opera de meliori s. supererogatoria. Trid. Sess. 24, can. 9, 10, Sess. 7 de bapt. can. 9, Mol. 3.

Operibus bonis vel poenis a Deo inflictis patienterque toleratis satisfacimus pro poenis temporalibus. Trid. Sess. 6 cap. 14, Sess. 14 de poenit. cap. 8, 9, can. 13, 14.

Hanc vim habent a Christo et gratia. Trid. Sess. 14 de poenit. cap. 8.

Merita bona et satisfactiones sunt tamen etiam aliquatenus nostra eo quod gratiae libere cooperamur, Baj. 10, Quesn. 69.

Quando satisfacimus pro poenis temporalibus, de condigno satisfacimus, nec tantum aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur. Baj. 59, 60, 77.

De motivis operum.

Rejicitur doctrina, omne quod non est ex fide supernaturali, quae per dilectionem operatur esse peccatum. Alex. VIII B 11, cf. Baj. 22, 25, 68. Quesn. 48, 51, 52, 57.

Potest esse vera legis obedientia quae fit sine charitate. Baj. 16. Quesn. 47—58. Pistor. 21.

Non est peccatum rejicere malum ob turpitudinem sine respectu ad Deum offensum. Alex. VIII B 9.

Timor poenarum est bonus ac utilis, non cohibet solam manum. Luth. 4. Trid. Sess. 6 cap. 6, can. 8. Quesn. 61—67, cf. de poenitentia;

potest esse supernaturalis. Alex. VIII B 14, Pist. 25.

Non est malum respicere ad mercedem. Trid. Sess. 6 cap. 11, can. 31, Alex. VIII B 10, 13.

De peccatis.

Ad peccatum requiritur cognitio legis, datur igno-
ıtia invincibilis. Baj. 68, Alex. VIII 2;
sed et vincibilis. Abael. 10.
Ad demerendum requiritur libertas a necessitate,
n sufficit voluntarium praecise tale, liberum a coactione.
j. 39, 41, 46, 65, 66, 67. Jansen. 3. Alex. VIII B 1.
Ad definitionem peccati pertinet voluntarium. Baj. 46.
Non datur peccatum, quod non sit offensa Dei, sed
ıtum contra legem rationis; Alex. VIII A 2.;
omne peccatum grave dissolvit amicitiam Dei. ibid.
Reatus peccati non est sola obligatio ad poenam.
ıj. 56, 57.
Dantur peccata venialia. Baj. 20.

DE STATU PERFECTORUM.

Doctrinae quietisticae abEcclesia rejectae sunt sequentes:
Opera externa in perfectis indifferentia sunt. Abae-
dus 13, 19, Ekk. 16—19. Beg. 2, 3, 6, 8.
Oportet hominem omnes potentias annihilare, neque
erari active, ut Deus solus in nobis agat, quod vocatur
ıdere Deo liberum arbitrium, resignatio passiva, via
erna: Mol. 1, 2, 4, 8—11, 19, 26, 61. etc. etc.; non
bet cogitare de praemio vel inferno: Mol. 7, 12, 13;
non petere aliquid determinati, Mol. 14, 15, Ekk. 7, 9;
non meditari propriis conceptibus; Mol. 18, 21—24;
non facere vota, Mol. 16, non quaerere devotionem
nsibilem. Mol. 27—33;
oportet caeremonias negligere. Mol. 33, Beg. 8.
sacramenta, Beg. 8, confessionem, Mol. 60, indul-
ntias, Mol. 16, orationem vocalem, Mol. 34, 35, morti-
ationem, Mol. 26, 38, 39, scientiam, Mol. 19, 59, 64,
gnitionem Dei, fidem distinctam, Mol. 6, 21, opera
terna. Mol. 40 etc.

Non resistendum est tentationibus, sed oportet plane negative se habere. Mol. 17, 24, 37, 47.

Potest quis peccare etiam externe pollutionibus, fornicatione, blasphemia ex violentia physica daemonis. Inter haec debet homo remanere in suo nihilo, nullum conatum adhibere. Tunc non erit consensus, neque peccatum. Mol. 41—53.

Datur lumen supernum perfecto, quod certo facit cognoscere, utrum sint violentiae necne, et Deus dat simul certitudinem hoc lumen a se venire. Mol. 53.

Perfectus homo non habet neque timorem, neque spem, neque desiderium propriae salutis, vel virtutis. Ekk. 8. Mol. 6, 7, 12, 27, 16.

Timor castus non remanet in altera vita, non fuit in Christo. Abael. 15, 11.

Per istam plenam sui resignationem anima in Deum transformatur, ita ut non sint duae res unitae sed res una. Mol. 5.

Deus tunc omnia agit in nobis sine nobis, luce sua immediate nos collustrat. Mol. 4, 5, 13, 22, 53.

Pervenire potest homo ad plenam libertatem a venialibus delictis, Mol. 56, 57;

a concupiscentiae motibus, Mol. 55, 56;

ad statum immobilem, Mol. 62, Beg. 1;

ad mortem sensuum, Mol. 63;

ad beatitudinem in hac vita. Beg. 4.

Via interna non pendet a potestate externa Ecclesiae, eo quod non judicet de occultis. Mol. 65—68.

Doctrinae Quietismi mitioris ab Ecclesiae rejectae sunt sequentes:

In directione animae non oportet aliud facere quam sequi gratiam, et se intra hos fines continere, ut sinatur Deus agere in nobis. Cameracen. 3.

A statu animarum transformatarum excludendae sunt exercitationes virtutum. Cam. 21.

In extremis probationibus fit quaedam separatio partis superioris ab inferiori, ita ut actus hujus sint plane caeci, et involuntarii. Cam. 14, 13, 11.

Actus discursivi in meditatione sunt actus amoris interessati. Cam. 15.

Animae contemplativae in fervore nascente contemplationis et in extremis probationibus privantur intuitu distincto sensibili et reflexo Jesu Christi. Cam. 17.

Datur status habitualis orationis contemplativae. Cam. 16.

Datur status habitualis amoris purissimi, plane desinteressati, status passivus sanctae indifferentiae. Cameracenses 1—7, 23.

Qui timorem vel spem habent, postquam ad hunc statum elevati fuerunt, non plene cooperantur suae gratiae. Cam. 4.

Anima transformata virtutes non ut virtutes, amorem non ut propriam perfectionem, remissionem peccatorum non ut purgationem propriam, sed tantum quia Deus ista vult, desiderat. Cam. 18—20.

In extremis probationibus animae potest esse persuasum, se esse a Deo reprobatam, persuasione reflexa, Cam. 9—12;

et tunc sacrificium sui proprii interesse fit aliquo modo absolute. Cam. 8.

DE SUPRANATURALI DEI PROVIDENTIA, PRAEDEFINITIONE OPERUM, PRAEDESTINATIONE ET REPROBATIONE.

In genere.

Apud Deum de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa praescientia; per immutabilem praescientiam et praedestinationem (positivam vel permissivam) Dei apud eum futura jam facta sunt. Valent. 3.

Praescientia et praedestinatio Dei certa omnino et immutabilis. Val. 3.

Poculum tamen humanae salutis confectum est infirmitate nostra et virtute divina. Habemus liberum arbitrium ad bonum, praeventum et adjutum gratia et habemus liberum arbitrium ad malum. Caris. 2, 4.

Hinc falsum est omnia de necessitate absoluta evenire. Wicl. 27, Leo M. A. 11.

Rejicitur doctrina de animabus bonis vel malis. Leo M A 10, 9.

Salus quoad nos incerta, et nemo sine revelatione speciali certo statuat, se esse de numero praedestinatorum. Trid. Sess. 6 cap. 12, 13, can. 15, 16.

Propositio: omnes quos Deus vult salvare salvantur infallibiliter, rejicitur intellecta de voluntate absoluta antecedente. Quesn. 12, 13, 30.

Quoad gratiam et opera.

Deus praescit bonorum opera cum gratia facienda et peccatorum opera ex propria malitia facienda. Valent. 2, Caris. 1.

Dei praescientia nulli malo necessitatem imposuit. Valent. 2.

Quod quidem salvantur, salvantis est donum; in electione salvandorum misericordia Dei praecedit meritum bonum; voluntas Dei praeparat opera bona; Deus operatur bona opera. Araus. can. 23, Caris. 1, 3. Valent. 3, Trid. Sess. 6 can. 6.

Praedestinatum nunquam posse esse membrum diaboli vel extra Ecclesiam, rejicitur. Huss 2, 5, Trid. Sess. 6 cap. 12.

Deus non praedestinat quemquam ad malum et non operatur mala opera ut bona, sed permissive solum, non proprie et per se. Araus. 25, Caris. 1, 3. Valent. 2, 3, Trid. Sess. 6 can. 6, 17, Ekk. 14.

Deus praescit, non praedestinat (positive) impiorum ılitiam, Valent. 3.

Deus vult omnes homines salvos fieri. Caris. 3, id. Sess. 6 cap. 3. Quesn. 30, 12, 13.

Christus pro omnibus mortuus est (affective), Caris. 4, id. Sess. 6 cap. 3;

et hoc dicere non est Semipelagianum, Jans. 5.

Sed dicere Christum pro solis praedestinatis mortuum t haereticum, Jans. 5, Quesn. 31, 32, 33.

Neque pro solis fidelibus mortuus est Christus. lex. VIII B 4.

Quoad effectum vero dici potest, Christum non pro ınibus mortuum. Valent. 4, 5.

Deus non negat gratiam non praedestinatis. Trid. ıss. 6 can. 17, Caris. 4.

Falsum est extra Ecclesiam nullam dari gratiam, ;em esse primam gratiam, Caris. 4, Alex. VIII B 5, ıesn. 27, 29, Pistor. 22;

non justificatis nullam dari gratiam et remissionem ccatorum esse primam gratiam; Quesn. 28, Baj. 63, 64, stor. 21;

eam solam esse gratiam, quae dat amorem. Pist. 21.

Deus justificatos non deserit nisi ab ipsis deseratur. id. Sess. 6 cap. 11, 13.

Deus recte petentibus dat gratiam, nec patitur nos ntari supra id quod possumus. Trid. Sess. 24 can. 9.

Falsum est non dari gratiam nisi efficacem. Vide pra de gratia actuali.

Praescitum nunquam esse in Ecclesia neque potestatem iquam habere, rejicitur. Vide supra de Ecclesia.

Orationem praesciti nullam valere rejicitur. Wicl. 26.

Quoad gloriam et damnationem.

Deus elegit secundum praescientiam suam, quos per gratiam praedestinavit ad vitam, et vitam illis praedestinavit aeternam. Caris. cap. 1.

Propositio: Quem Deus vult salvare, infallibiliter salvatur, rejicitur intellecta de voluntate absoluta, antecedente. Quesn. 12, 13, 30.

Damnatos Deus perituros praescivit, sed non ut perirent praedestinavit (antecedenter et positive). Caris. 1.

Praedestinatione (positiva) Deus ea tantum statuit quae ipse vel gratuita misericordia vel justo judicio facturus est. Valent. 3.

Nec ex praejudicio ejus aliquis, sed ex merito propriae iniquitatis condemnatur. Valent. 2.

Quod quidam salvantur, salvantis est donum, quod antem quidam pereunt, pereuntium est meritum. Caris. 3.

Poenam autem illis, quia justus est, praedestinavit (positive sed consequenter) aeternam. Poenam malum meritum eorum sequentem, uti Deus, qui omnia prospicit, praescivit et praedestinavit, quia justus est. Caris. 1, Val. 3.

In damnatione perituroruin igitur meritum malum praecedit justum Dei judicium. Val. 3.

DE DIVERSA SALUTIS OECONOMIA.

Status legis naturae non eo sensu intelligendus, quasi homo propriis luminibus plane relictus fuisset, ut de sua caeca ratione diffidere disceret, et ex suis aberrationibus moveret se ad desiderandum auxilium superioris luminis. Pistor. 18, cf. Baj. 35, Alex. VIII B 5.

Vetus testamentum est bonum et opus unius Dei. Tolet. I 9, Flor. C.

Rejicitur doctrina Jansenistarum, vetus testamentum non habuisse nisi legem, non gratiam; Quesn. 6—8, Pistor. 19, 20.

et in veteri lege non fuisse nisi timorem. Quesn. 63—65.

Lex tamen ex se non justificabat. Araus. can. 16, 21, Trid. Sess. 6 cap. 1, can. 1. Florent. C. Symb. Or.

Falsum est decalogum non pertinere etiam ad Novum foedus; solam fidem esse praeceptam, caetera indifferentia. Trid. Sess. 6 can. 19, 20, 27.

Christum esse redemptorem tantum, non legislatorem. Trid. Sess. 6 can. 21, 20, 19, Sess. 7 de bapt. can. 7.

DE SACRAMENTIS NOVAE LEGIS.

De Sacramentis in genere.

Sacramentum est symbolum rei sacrae et invisibilis gratiae forma visibilis. Trid. Sess. 13 cap. 3.

Sacramenta novae legis continent atque causant gratiam, quam significant; eam conferunt ex opere operato non ponentibus obicem. Florent. B, Luth. 1, Trid. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 6, 7, 8, Sess. 7 de conf. can. 2, Valent. 5.

Differunt a sacramentis V. L., quae tantum figurabant gratiam. Florent. B, Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 2, Sess. 7 de bapt. can. 1.

Non sunt mera signa ad distinguendos Christianos ab infidelibus. Trid. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 6.

Non instituta ad fidem tantum nutriendam. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 8.

Nec mera signa acceptae gratiae. Sess. 7 de sacr. in in gen. can. 5.

Fides suscipientis non est in sacramentis causa justificationis. Luth. 10, 11.

Sacramenta sunt necessaria ad salutem humani generis, licet non omnia singulis. Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 4. Symb. Trid. Beg. 8.

A Christo Domino sunt instituta. Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 1. Symb. Trid

Ecclesia non habet potestatem mutandi substantiam sacramentorum. Trid. Sess. 21 cap. 2.

Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis. Florent. B.

Habent certos ministros, neque ab omnibus christianis conferuntur. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 10, Sess. 23 cap. 4.

Sacerdos ministerio suo vivificare dicendus est. Baj. 58.

Rejicitur, sacerdotem in sacramentis mortuorum reatum (h. e. in sensu Baji poenam) tantum tollere. Baj. 57, 58.

Requiritur in ministro intentio saltem faciendi, quod facit Ecclesia. Florent. B, Trid. Sess. 7 de sacr. can. 11 de bapt. can. 4.

Sacerdos joco absolvens non absolvit. Luth. 12, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 6, can. 9.

Non valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum observat, intus vero in corde resolvit: Non intendo, quod facit Ecclesia. Alex. VIII B 28.

In casu dubii baptismatis sub conditione ministrari potest. Pistor. 27.

Sacramenta ab indignis collata sunt valida. Frat. 4. Wicl. 4, Huss 8, Martin V C 22. Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 12, Sess. 14 de poen. cap. 6, can. 10.

Baptismus ab haereticis collatus ne reiteretur. Decr. Stephani, Liberii, Siricii, Innocentii I D. E. Arelaten. I, Nic. I, Carth. I, Constantinop. I, Trid. Sess. 7 de bapt. can. 4.

Sacramenta Novae Legis sunt septem: Baptismus, Confirmatio etc. Florent. B, Trid. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 1. Symb. Trid. Palaeol.

Convenientia septem Sacramentorum, Flor. B.

Non sunt dignitate aequalia. Trid. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 3.

Baptismus, confirmatio, ordo imprimunt characterem, h. e. signum distinctivum, spirituale, indelebile; nec reiterari possunt. Flor. B Trid. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 9, de bapt. can. 11. Sess. 23 cap. 4, can. 4. Symb. Trid. Symb. Pal. (de baptismo).

De baptismo.

Baptismus est primum sacramentum et janua sacramentorum. Flor. B.

Materia baptismi est aqua propria et naturalis. Flor. B, Trid. Sess. 7 de bapt. can. 2.

Duplex forma Occidentalis et Orientalis suscipitur. Flor. B.

Baptismus nunquam valuit sub forma: In nomine, praetermissis verbis: ego te baptizo. Alex. VIII B 27, Flor. B.

Minister necessitatis baptismi est quicumque, etiam etiam Judaeus, dummodo habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. Nicol. I, Lat. IV A, Flor. B, Symb. Or.

Ordinarius minister est sacerdos. Flor. B.

Infantuli baptizandi sunt. Milev. can. 2, Lat. IV A. Vienn. C, Trid. Sess. 5 can. 3, 4, Sess. 7 de bapt. can. 12, 13, 14, Symb. Or.

Effectus baptismi est remissio originalis culpae et actualium peccatorum, quae ante baptismum commissa sunt. Flor. B.

Remissio etiam omnium poenarum temporalium. Flor. B. Trid. Sess. 6 cap. 14, Sess. 14 de poen. cap. 8.

Peccata post baptismum commissa non delentur recordatione baptismi. Trid. Sess. 7 de bapt. can. 10.

Non rebaptizandi, qui post baptismum labuntur. Symb. Palaeol.

Parvuli in baptismo praeter remissionem peccatorum suscipiunt gratiam et virtutes. Vienn. C.

Baptismus imprimit characterem nec reiterari potest. Vide supra de Sacr. in gen.

Baptismus Joannis non habuit vim baptismi Christi. Trid. Sess. 7 de bapt. can. 1.

Baptismus ad salutem necessarius est in re vel in voto. Milev. can. 2, Flor. B, Trid. Sess. 5 can. 3, 4, Sess. 6 cap. 4, Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 4, de bapt. can. 4, Sess. 14 de poen. cap. 2, Symb. Or.

De dispositionibus adultorum. Vide supra de justificatione.

De Confirmatione.

Confirmatio est verum sacramentum, neque fuit olim catechesis, qua fidem suam coram Ecclesia profiterentur. Flor. B, Trid. Sess. 7 de conf. can. 1.

Non sunt injurii Spiritui Sancto, qui aliquam vim chrismati tribuunt. Trid. Sess. 7 de conf. can. 2.

Conferunt per manuum impositionem episcopi chrismando renatos. Symb. Palaeol.

Chrisma debet esse benedictum ab episcopo. Flor. B cf. Greg. XVI n. 98.

Forma, Effectus, Flor. B.

Minister ordinarius est episcopus, extraordinarius presbyter cum facultate Summi Pontificis. Innoc. I B, Wicl. 28, Trid. Sess. 7 de conf. can. 3, Sess. 23 cap. 4, can. 7.

De Eucharistia, ut Sacramentum est.

Forma consecrationis sunt verba institutionis. Flor. C.

Materia est vinum, cui de praecepto aqua admiscenda, Flor. B, Trid. Sess. 22 cap. 7;

et panis triticeus sive azymus sive fermentatus; Flor. A, C. Symb. Graec. Orient., Palaeolog.

Minister consecrationis solus sacerdos. Lat. IV A, Flor. B, Trid. Sess. 23 can. 1.

Christus in Eucharistia vere, realiter, substantialiter praesens est: non ut in signo, figura vel virtute. Wicl. 3, Trid. Sess. 13 cap. 1, can. 1, 8, Symb. Trid.

Christus fit praesens per transsubstantiationem h. e. conversionem totius substantiae panis in substantiam corporis C. D. N. et totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, manentibus duntaxat speciebus panis et vini. Def. contra Berengar., Lat. IV A, Wicl. 1, 2, Mart. V C, 16, Trid. Sess. 13 cap. 4, can. 2, Symb. Trid. Palaeol.

Transsubstantiatio est dogma proprium distinctum a dogmate de reali praesentia, non subtilitas scholastica. Pistor. 29.

Aptissime et convenientissime dicitur transsubstantiatio Trid. Sess. 13, cap. 4, can. 2, Pistor. 29.

Est conversio mirabilis et plane singularis, Trid. Sess. 13, can. 2.

Sacramentalis existendi modus differt a naturali. Trid. Sess. 13 cap. 1.

Christus praesens est statim a consecratione, non in usu tantum. Flor. C, Trid. Sess. 13 cap. 3, can. 4.

Christus totus adest cum anima et divinitate, Flor. B, Trid. Sess. 13 cap. 3, can. 1, 3, Sess. 21 can. 3.

Christus separatione facta sub quavis parte praesens est. Flor. B, Trid. Sess. 13 can. 1, Sess. 21 cap. 3, can. 3, Symb. Or.

Vi verborum corpus sub specie panis, sanguis sub specie vini fit praesens. Trid. Sess. 13, cap. 3.

Per concomitantiam tamen totus Christus sub utraque specie praesens est. Martin. V C. 17, Martin. V D, Flor. B, Trid. Sess. 13 cap. 3, can. 3, Symb. Trid.

Sumitur sub una specie verum sacramentum. Trid. Sess. 21 cap. 3, Symb. Trid.

Hinc Ecclesia ex justis causis rectissime laicis et sacerdotibus non conficientibus praescripsit communionem sub una specie. Martin. V C 18, Martin. V D, Luth. 16, Trid. Sess. 21 cap. 1, can. 1, 2.

Christus remanet in particulis consecratis. Trid. Sess. 13 can. 4.

Hinc Eucharistia recte asservatur et ad aegrotos defertur. Trid. Sess. 13 cap. 6, can. 7.

Latriae cultus debetur Eucharistiae, laudantur processiones et festum Corporis Christi. Trid. Sess. 13 cap. 5, can. 6.

Effectus non est solum vel praecipue remissio peccatorum. Trid. Sess. 13 can. 5.

Effectus est adunatio hominis ad Christum, spiritualis nutritio; antidotum est, quo liberamur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservamur. Flor. B, Trid. Sess. 13 cap. 2.

Sacerdos celebranti sibi ipse ministrare tenetur, laici a sacerdote suscipiunt. Trid. Sess. 13 cap. 8, can. 10.

Eucharistia non est necessaria parvulis. Trid. Sess. 21 cap. 4, can. 4.

Triplex modus sumendi: sacramentaliter tantum, spiritualiter s. in voto, sacramentaliter et spiritualiter. Trid. Sess. 13 can. 5.

Dispositio ad Eucharistiam sumendam in casu peccati mortalis non est sola fides, sed declaratur confessio necessaria. Luth. 15, Trid. Sess. 13 cap. 7, can. 11.

Non sunt sacrilegi judicandi, qui communionem suscipiunt, antequam poenitentiam peregerint. Alex. VIII B 22.

Neque arcendi sunt a communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, Alex. VIII B 23.

De poenitentia.

Christus dedit apostolis potestatem retinendi et remittendi peccata, quae non est tantum potestas praedicandi. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 1, can. 3, Sess. 23 cap. 1, can. 1.

Haec potestas non solis apostolis, sed et eorum successoribus competit. Abael. 12, Lat. IV A, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 1, Sess. 23 cap. 1, can. 1.

Hinc non sufficit poenitentia sine clavibus. Oxom. 1, 9. cf. Wicl. 7.

Poenitentia est verum sacramentum. Flor. B, Trid. Sess. 14 de poen. can. 1, Symb. Trid.

Non unum Sacramentum cum baptismo. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 2, can. 2, Sess. 7 de bapt. can. 10.

A Christo institutum cum in discipulos insufflans dixit: Quorum remiseritis etc. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 1, 5.

Minister Eucharistiae est sacerdos. Mart. V C 20, 21, Flor. B, Luth. 13, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 6, can. 10.

Forma est absolutio. Flor. B, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 3.

Absolutio est actus judicialis, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 2, 5, 6, can. 9.

Hinc necessaria est jurisdictio ordinaria vel delegata, Flor. B Lat. IV D, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 7. Pistor. 37.

Hinc fieri potest a Pontifice vel episcopis reservatio casuum. Mart. V C 25, Luth. 13. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 7, can. 11, Pistor. 44, 45.

Non est reservatio in articulo mortis. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 7.

Curati non possunt sibi eligere confessarium non approbatum. Alex. VII A 46.

Falsum est Pontificem vel episcopos non posse jurisdictionem in foro interno aliis quam parochis conferre. Joh. de Polliaco 2, 3, Pistor. 37, Guil. de S. Amore 2.

Non licet absolvere absentem. Decr. Clem. VIII n. 65.

Quasi materia confessionis sunt tres actus poenitentis: contritio, confessio, satisfactio. Flor. B, Luth. 5, Trid. Sess. 6 cap. 14, Sess. 14 de poen. cap. 3, can. 4.

Partes poenitentiae non sunt tantummodo timores incussi conscientiae et fides. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 3, 6, can. 4, 9.

De contritione vide supra: de dispositionibus ad justificationem.

Confessionis necessitas. Wicl. 7, Mart. V C 20, Oxom. 2, 3, 4, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 5, can. 6, 7, 8, 9.

Confessio debet esse integra et etiam peccata occulta, cogitationes, numerum peccatorum et circumstantias speciem mutantes complecti. Lat. IV D, Flor. B, Oxom. 3, 4, Luth. 8, 9, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 5, can. 7.

Sufficit tamen integritas formalis, si inculpate non habeatur materialis. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 5, can. 7.

Debent poenitentes respondere sacerdoti de contritione interroganti; Luth. 14.

Item de consuetudine interroganti. Innoc. XI A 58.

Non licet absolvere dimidiate confessos ob concursum. Innoc. XI A 59.

Tenemur peccata oblita aut ob instans vitae periculum ommissa in sequenti confessione confiteri. Alex. VII A 11.

Non licet absenti per litteras vel internuncium confiteri. Decr. Clem. VIII n. 65.

Venialia etiam sunt materia sufficiens confessionis, licet non necessaria. Luth. 8, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 5, can. 7, Pist. 39.

Satisfactio est pars Sacramenti poenitentiae. Mart. V C 21, Flor. B, Lat. IV D, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 8, can. 13, 14.

Sacerdos eam imponendi habet potestatem et obligationem. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 8, can. 15.

Poenitens non potest sibi substituere alium, qui poenitentiam pro ipso peragat. Alex. VII A 15.

Non oportet poenitentiam praemitti absolutioni. Oxom. 5, Alex. VIII B 16, 17, 18, Quesn. 87, 88, Pistor. 34, 35.

Effectus poenitentiae remissio peccatorum post baptismum patratorum, pax conscientiae. Flor. B, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 3.

Poenitentiae sacramentum ad reparationem necessarium in re vel in voto. Trid. Sess. 6 cap. 14, can. 29. Sess. 7 de Sacr. in gen. can. 4, de bapt. can. 10. Sess. 14 de poen. cap. 2, 4, 6, can. 6.

De remissione poenae temporalis per indulgentias.

Indulgentiae sunt populo christiano salutares et Ecclesia habet potestatem eas impertiendi. Wicl. 42, Martin V C 26, Oxom. 6, Luth. 18, 20, 22, Trid. Sess. 25 decr. de ind. Symb. Trid. Mol. 16. Pistor. 43.

Indulgentiae non sunt mera remissio poenae canonicae. Pistor. 40, 41.

Non sunt pro solis publicis peccatoribus. Luth. 21, 22.

Sunt remissiones poenarum temporalium, quae post condonatam culpam et poenam aeternam remanent. Luth. 19.

Dispensantur ex thesauro meritorum Christi et Sanctorum. Luth. 17, Pistor. 41.

Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas proprie redimuntur poenae nostrae temporales. Baj. 60.

Indulgentiae pro defunctis. Oxom. 6, Luth. 22, Pistor. 42.

Conferuntur a Pontifice et episcopis. Wicl. 42, Martin V C 26—28, Luth. 13.

Altaria privilegiata et tabellae indulgentiarum defenduntur. Pistor. 43.

Sacramentum ordinis.

Christus instituit in Ecclesia sacerdotium visibile, quod non est sola potestas praedicandi. Trid. Sess. 22, cap. 1, can. 2, Sess. 23 cap. 1, can. 1, 3.

Ordinatio est verum Sacramentum. Trid. Sess. 23 cap. 3, can. 3.

A Christo institutum. Trid. Sess. 22 cap. 1, can. 2, Sess. 23 can. 3.

Minister ordinis est episcopus. Wicl. 28, Flor. B, Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7.

Ordinatio est valida sine consensu plebis vel saecularis potestatis. Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 7.

Septem ordines convenienter habentur in Ecclesia. Flor. B, Trid. Sess. 23 cap. 2, can. 2.

Officia minorum ordinum rectius per clericos quam per laicos fiunt. Pistor. 55.

Non sunt transsiliendi ordines minores. Pistor. 51.

Modus conferendi ordines. Carth. IV, Flor. B.

Non frustra dicunt episcopi: Accipe Spiritum Sanctum. Trid. Sess. 23 can. 4.

Effectus ordinis est augmentum gratiae, ut quis sit idoneus minister. Flor. B.

Character: vide supra de sacramentis in gen.

Qui sacerdos est non potest laicus fieri. Trid. Sess. 23 cap. 4, can. 4.

De sacramento matrimonii.

Nuptiae sunt licitae. Leo M. A 7, Tolet. I 17, Lat. IV A, Flor. B.

Christus matrimonium in Sacramentum evexit gratiam promerens, quae naturalem illum amorem perficeret, indissolubilem unitatem confirmaret et conjuges sanctificaret. Trid. Sess. 24 doctrin. de matr. can. 1.

Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensusper verba de praesenti expressus. Flor. B.

Contractus matrimonii inter Christianos semper est Sacramentum; quodsi Sacramentum excludatur, neque est contractus. Pius IX n. 100.

Monogamia lege divina praecepta. Innoc. III C, Trid. Sess. 24 can. 2, Symb. Palaeologi.

Qui non baptizatus plures habuit uxores, conversus non potest retinere nisi unam, repudiatam primam tenetur reassumere. Innoc. III C.

Matrimonii vinculum indissolubile jam Adam spiritu prophetico pronunciavit, Christus gratiam promeruit, quae indissolubilem unitatem confirmaret. Trid. Sess. 24 doctr. de matr.

Matrimonium infidelium uno conjugum baptizato solvi potest, si alter cohabitare non velit sine contumelia creatoris. Alex. III, Innoc. III B C.

Matrimonium ratum non consummatum solvi potest ob professionem religiosam. Alex. III, Innoc. III D, Trid. Sess. 24 can. 6.

Vinculum matrimonii non solvitur ob molestam cohabitationem, haeresim, affectatam absentiam alterius partis. Trid. Sess. 24 can. 5.

Ecclesia non errat, cum statuit matrimonium non solvi propter adulterium. Trid. Sess. 24 can. 7.

Vinculum matrimonii non separatur propter adulterium. Flor. B, Symb. Or.

Separatio ad tempus fieri potest quoad torum et cohabitationem ob causas graves. Trid. Sess. 24 can. 8.

Impedimenta matrimonii in secundo vel tertio gradu non sunt juris naturalis. Innoc. III C.

Ecclesia potest constituere impedimenta matrimonium dirimentia praeter illa, quae sunt juris divini ex Levitico. Trid. Sess. 24 can. 4.

Et hoc quidem propria auctoritate, non conniventia principum. Pistor. 59, 60.

Ecclesia potest dispensare in aliquibus impedimentis, quae sunt in Levitico. Trid. Sess. 24 can. 4.

Matrimonium post solemnia vota vel ordines sacros est irritum, neque damnant matrimonium qui hoc dicunt. Trid. Sess. 24 can. 9.

Causae matrimoniales spectant ad judicem ecclesiasticum. Trid. Sess. 24 can. 12.

De Sacramento extremae unctionis.

Extrema unctio est verum sacramentum, non ritus a patribus institutus vel gratia curationum. Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3, can. 1, 2.

Est a Christo instituta, innuitur Marci 6, promulgatur a Jacobo apostolo. Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 1, can 1.

Materia est oleum olivae benedictum ab episcopo. Flor. B, Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 1, Greg. XVI. n. 98.

Ritus extremae unctionis, quem tenet Ecclesia Romana consonat Jacobo Apostolo. Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3, can. 3.

Minister est sacerdos, non seniores vel primores populi. Flor. B, Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3, can. 4, Innoc. I C.

Subjectum est qui tam periculose decumbit, ut in exitu vitae constitutus videatur, nec debet dari nisi infirmo, de cujus morte timetur. Flor. B, Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3.

Effectus est mentis sanatio; (nimirum delet peccata, si quae adhuc expianda, et peccati reliquias; roborat aegrotum et alleviat) deinde sanitas corporis, in quantum saluti animae expedit. Flor. B, Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 2, can. 2.

Reiterari potest, si subjectum in aliud vitae discrimen incidat. Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3.

Extremae unctionis oleo uti olim licebat omnibus fidelibus in suis vel suorum morbis ad modum sacramentalis. Innoc. I C.

DE SACRAMENTALIBUS.

In Ecclesia perpetuo haec potestas fuit, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia ea statueret, quae suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire judicaret. Trid. Sess. 21 cap. 2.

Ritus Ecclesiae in solemni Sacramentorum administratione non possunt sine peccato contemni, omitti aut a quovis pastore mutari. Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 13, Martin V C 15.

In specie statuitur de benedictione aquae baptismatis et exorcismis. Martin. V C 15, de precibus

absolutioni additis, Trid. Sess. 14 de poen. cap. 3, de benedictione matrimonii, Sess. 24 can. 11, de admiscenda vino aqua. Flor. B, Trid. Sess. 22 cap. 7, de unctione in ordinibus conferendis. Sess. 23 can. 5. Alia infra de sacrificio missae.

Benedictiones quaedam recte reservantur episcopis. Wicl. 28.

DE SACRIFICIO NOVAE LEGIS.

Natura hominis exigit visibile sacrificium. Trid. Sess. 22 cap. 1.

Christus instituit in Nova Lege verum et proprium sacrificium, Lat. IV A, Wicl. 5, Trid. Sess. 22 cap. 1, can. 1, Symb. Trid.

et apostolos in coena sacerdotes constituit dicendo: Hoc facite in meam commemorationem. Trid. Sess. 22 cap. 1, can. 2.

Sacrificium missae est vere ac proprie sacrificium. Trid. Sess. 22 can. 1, Symb. Trid.; rejicitur doctrina, Missam non alia ratione esse sacrificium quam generali illa, qua omne opus quod fit, ut sancta societate Deo homo inhaereat, Baj. 45, offere non est tantum ad manducandum dare, Trid. Sess. 22 can. 1. Missa non est nuda commemoratio sacrificii peracti. Ibid. can. 3.

Per missae sacrificium crucis sacrificium applicatur. Trid. Sess. 22 cap. 1, 2.

Est unum sacrificium cum sacrificio crucis, quia una hostia est, idem offerens sacerdotum ministerio, sola offerendi ratione diversa, eo quod illic cruente, hic incruente offertur. Trid. Sess. 22 cap. 1, 2.

Hinc per missam non derogatur sacrificio crucis. Trid. Sess. 22 cap. 2, can. 4.

Sacerdotes soli offerendi potestatem habent. Trid. Sess. 22 cap. 1, can. 2.

Missae proinde in quibus non omnes communicant sunt licitae et validae. Trid. Sess. 22 cap. 6, can. 8.

Neque requiritur ad essentiam sacrificii spiritualis communio adstantium. Pistor. 28.

Porro non errat Ecclesia cum statuit, ut quaedam submissa voce in missa dicantur, Trid. Sess. 22 cap. 5, can. 9, Pistor. 33, cum missas non in lingua vulgari celebrat. Trid. Sess. 22 cap. 8, can. 9, Quesn. 86, Pistor. 33, 66.

Sacrificium missae Deo soli offertur. Trid. Sess. 22 cap. 3.

Sed et in honorem Sanctorum, ut de eorum victoriis gratias agamus et ipsi pro nobis intercedant. Ibid. cap. 3, can. 5.

Sacrificium non soli sumenti prodest. Trid. Sess. 22 can. 3.

Specialis fructus applicatio fieri potest et prodest illi, in cujus utilitatem facta est. Pistor. 30.

Missa est sacrificium laudis et gratiarum actionis. Trid. Sess. 22 can. 3.

Sacrificium propitiatorium, Trid. Sess. 22 cap. 2, can. 3, quo remittuntur peccata etiam ingentia donum poenitentiae concedendo, ibid. cap. 2, peccata venialia, ibid. cap. 1, temporales poenae, ibid. cap. 2, can. 3.

Missa est sacrificium impetratorium. Trid. Sess. 22 cap. 2, can. 3.

Offerri potest pro defunctis. Flor. A, Trid. Sess. 22 cap. 2, can. 3, Sess. 25, decr. de purg., Symb. Trid. Graec. Orient.

DE ORATIONE EJUSQUE EFFECTU.

Speciales orationes uni applicatae magis prosunt quam communes. Wicl. 19.

Contra Massalianos. Syn. Eph.

Non est superstitiosa pronuncianda quaecunque efficacia, quae ponatur in determinato numero precum et piarum salutationum, si sumatur non ex numero in se spectato, sed ex praecepto Ecclesiae certum numerum precum pro indulgentiis, poenitentiis, pro ordine cultus praefiniente. Pistor. 64.

Rejicitur impia doctrina, orationem praesciti nullam valere, Wicl. 26.

orationem impiorum esse novum peccatum et quod Deus illis concedit esse novum in eos judicium. Quesn. 59.

De comprehensione et amissione finis, sive de rebus novissimis.

Anima est immortalis. Leo X A, Symbola omnia.

De purgatorio.

Datur purgatorium ad plenam animarum a peccatis venialibus vel poenis temporalibus purgationem. Flor. A, Luth. 37, Trid. Sess. 6 can. 30, Sess. 25 decr. de purgatorio, Symb. Trid. Graec. Orient., Symb. Palaeol.

Animae in purgatorio sunt securae de sua salute et extra statum merendi et augendae charitatis. Luth. 38, 40.

Non peccant horrendo poenas et quaerendo requiem. Luth. 39.

Rejicitur thesis: imperfecta charitas morituri fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est, facere poenam purgatorii et impedit introitum regni. Luth. 4.

Animae mortuorum qui purgantur, sublevantur orationibus, operibus, sacrificiis vivorum. Flor. A, Luth. 40, Trid. Sess. 25 decr. de purg., Symb. Trid. Graec. Orient., Palaeol. cf. de missae sacrificio et de indulgentiis.

Animae beatae plene purgatae ad visionem beatificam ante diem judicii perveniunt. Flor. A, Benedict. XII, Symb. Graec. et Orient., Symb. Palaeol.

Beatitudo oritur ex visione Dei immediata, ibid. et Beg. 5.

Haec visio immediata est, quia fit nulla mediante creatura in ratione objecti visi, sed per lumen gloriae. Bened. XII, Beg. 5.

Beatitudo habet gradus secundum merita. Flor. A, Trid. Sess. 6 can. 32, Symb. Graec. Or.

Merces major quam opera. Baj. 14.

Timor castus remanet in altera vita. Abael. 15.

Cessat fides et spes in beatis. Bened. XII.

Rejicitur αὐτοκατάστασις Origenis, qui docebat mentes hominum, angelorum, imo spirituum damnatorum unam mentem, unam hypostasim cum Christo fieri, sedere cum ipso a dextris ac Deo plane uniri. Orig. 1, 11—15.

Rejicitur Ekkardi doctrina, ex qua in Deum transformaremur, ita ut unum essemus cum ipso. Ekk. 9, 10.

Sancti pro nobis orant et bonum est eos invocare. Trid. Sess. 25 de invocatione et vener. SS.

Perfecti non sunt liberi a cultu SS. Mol. 35, 36.

Laus, quae defertur Mariae ut Mariae non est vana, (cultus Sanctis praestitus proinde non est mere relativus, licet ob excellentiam participatam adeoque secundarius.) Alex. VIII B, 26.

Cultus imaginum Dei vel Sanctorum et Crucis licitus est. Syn. VII, Syn. VIII can. 3, Mart. V C 29, Trid. Sess. 25, Symb. Trid. Or.

Veneratio reliquiarum licita. Mart. V C 29, Trid. Sess. 25.

Cultus praestitus imaginibus est relativus. Syn. VII, Trid. Sess. 25.

Dei Patris vel Trinitatis imagines sunt licitae. Alex. VIII B 25, Pistor. 69.

Specialis cultus datus imagini ob gratias ibi concessas non est vituperandus, Pistor. 70.; item imagines velatae, Pist. 72, specialis titulus datus imagini. Pist. 71.

DE DAMNATIS.

Damnati propter peccatum originale vel personale ad inferos mox descendunt poenis tamen disparibus puniendi. Flor. A, Lat. IV A, Symb. Palaeol., Orient., Ath., Benedict XII.

Poenae inferni sunt aeternae. Lat. IVA, Origen. 12, Symb. Ath.

RESURRECTIO CARNIS.

Corpora resurgunt vere. Symbola omnia. Leo M A 8. Tolet. I 11.

Rejicitur Origenis doctrina, corpora fore spiritualia et sphaerica. Orig. can. 10, Toletan. XI, omnem materiam in ἀποκαταστάσει desituram. Orig. can. 10, 11, 14.

Identitas corporum post resurrectionem cum iis, quos nunc gestamus. Symb. Apostolorum in forma Aquilejensi, Toletan. XI, Lat. IV A, Symb. Palaeologi.

THEOLOGIA MORALIS.

Principia et primae notiones theologiae moralis.

De actibus humanis. Vide supra de sequelis peccati originalis p. 382.

De lege. Vide supra de legis adjutorio p. 392. de indifferentia operum p. 392, de potestate ecclesiastica p. 373.

Homo non potest ob sui conservationem se dispensare a lege, a Deo in ejus utilitatem statuta. Quesn. 71.

Papa potest dispensare in legibus universalis Ecclesiae. Oxom. 9.

Dispensationes ecclesiasticae defenduntur. Pistor. 56, 57, 60.

De conscientia.

Rejicitur doctrina non licere sequi opinionem etiam inter probabiles probabilissimam, Alex. VIII B 3.

item altera, nos prudenter agere sequentes tenuiter probabilem, dummodo a probabilitatis finibus non excedat. Innoc. XI A 3,

item deberi censeri probabilis sententia, si liber sit auctoris junioris et moderni, dummodo non constat a S. Sede rejectam. Alex. VII A 27.

Non licet sequi probabilem relicta tutiore, quando agitur de valore Sacramentorum, Innoc. XI A 1, judici in ferenda sententia, Innoc. XI A 2, quoad religionem, Innoc. XI A 4, 20, 21.

De operibus bonis et supernaturalibus, de peccatis.

Vide supra de merito et demerito p. 392, de bono supernaturali p. 380.

De bonitate objectiva et formali, peccato philosophico et theologico. Alex. VIII A 1, 2.

De cooperatione ad malum. Innoc. XI A 51.

De officiis communibus.

Erga Deum.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Fides cadit sub praeceptum speciale et secundum se. Innoc. XI A 16.

Non sufficit fides unius Dei sine fide explicita remuneratoris. Innoc. XI A 22.

Rejicitur absolutionis capacem esse hominem, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, et etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat mysteria Trinitatis et Incarnationis, Inn. XI A 64.

neque sufficit ea semel credidisse. Inn. XI A 65.

Si quis interrogetur a potestate publica de fide sua, non licet taeere. Inn. XI A 18.

Falsum est: hominem ex vi praecepti divini nunquam vitae suae tempore teneri ad actus fidei, spei, charitatis eliciendos; Alex. VII A 1, Alex. VIII A, 1.

sufficere semel in vita actum fidei et charitatis elicuisse, Innoc. XI A 65, 5.

sufficere singulis quinquenniis actum charitatis elicere. Ibid. 6.

vel tantum quando tenemur justificari et aliam viam non habemus. Ibid. 7.

DE RELIGIONE ET CULTU.

Non licet contemnere ceremonias ab Ecclesia pro cultu Dei externo statutas. Mart. V C 15, Trid. Sess. 7 de sacr. in gen. can. 13, Sess. 21 cap. 2.

Defenduntur in specie: caeremoniae missae, Trid. Sess. 22 cap. 5, can. 7, canon missae, ibid. cap. 4, can. 6, cultus SS. cordis Jesu, Pist. 62, 63, certus numerus precum, Pist. 64. missiones et exercitia, Pistor. 65, altarium ornatus, Pistor. 32, prolixior psalmodia, Pistor. 84, IV, pluralitas altarium, Pist. 31, cultus magnificentior, Pist. 33, nova festa, Pistor. 73, pluralitas festorum, Pistor. 74. Alia vide supra de adoratione eucharistiae, de missae sacrificio, de sacramentalibus, de beatis.

Vota sunt bona, neque irrita fiunt, eo quod per ipsa detrahatur fidei et promissioni in baptismo factae. Trid. Sess. 7 de bapt. can. 9, Mol. 3.

Non licet post votum castitatis contrahere matrimonium, si donum castitatis te non habere sentias. Trid. Sess. 24 can. 9.

Jurare ex causa gravi est licitum. Frat. 3, Wicl. 43, Mart. V C 12.

Jansenistarum rigor quoad juramenta. Quesn. 101, Pist. 75.

Perjurium factum pro qualibet causa, etiam in favorem fidei, est mortale. Mart. V C 14.

Jurare cum restrictione pure mentali est perjurium. Innoc. XI A 26—28.

Vocare Deum in testem etiam levis mendacii est mortale. Innoc. XI A 24.

Non est licitum jurare cum animo non jurandi. Inn. XI A 25.

Est simonia temporale dare pro spirituali non solum si tanquam pretium, sed etiam si tanquam motivum conferendi spirituale detur. Innoc. XI A 45, 46.

Est etiam contra justitiam beneficium conferre non gratis. Alex. VII A 22.

Non sunt simoniaci qui se obligant orare pro subvenientibus. Wicl. 25.

Est sacrilegium etiam auferre bona ecclesiastica. Mart. V C 35, 36.

Erga seipsum.

De damno spirituali ex occasione proxima. Alex. VII B 41, Inn. XI A 62, 63.

Tentationibus irruentibus non licet se tantum passive et negative habere. Mol. 17, 24, 37, 47.

Comedere et bibere ob solam voluptatem non caret peccato, etiamsi non noceat sanitati. Inn. XI A 8.

Fornicatio licet actus naturalis est peccatum mortale. Beg. 7.

Non est probabilis opinio, quae dicit veniale osculum habitum cum delectatione carnali, etiam si non adfuerit periculum pollutionis. Alex. VII B 40.

Fornicatio est jure naturali prohibita, non tantum lege positiva: Inn. XI A 48.

idem valet de mollitie. ibid. 49.

Mollities, sodomia, bestialitas non sunt ejusdem speciei, neque sufficit in confessione dicere: procuravi pollutionem. Alex. VII A 24.

Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum non caret culpa veniali. Innoc. XI A 9.

Copula cum conjugata, consentiente etiam marito, est adulterium. Inn. XI A 50.

Erga proximum.

Tenemur diligere proximum etiam actu interno et formali. Innoc. XI A 10, 11.

Rejicitur, vix esse apud saeculares, etiam reges, superfluum statui et vix teneri quemquam ad eleemosynam ex superfluo tantum. Innoc. XI A 12.

Utrum liceat occisio proximi ad tuendum honorem. Innoc. XI A. 30, 34, Alex. VII A 17.

De duello. Alex. VII A 2, Benedicti XIV propp. de duello.

Quando liceat propter bona temporalia proximum interficere. Innoc. XI A 31—33, Alex. VII A 18.

Non licet tristari de vita alterius, vel de ejus morte gaudere propter emolumentum temporale. Innoc. XI A 13—15.

Peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. Alex. VII A 19.

De abortu. Inn. XI A 34, 35.

Praescriptio malae fidei rejicitur. Lat. IV B.

Usura in eo consistit, quod quis in contractu mutui supra sortem lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi reddi postulat, vel quod ex usu rei, quae non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullove periculo lucrum foetusque conquiri studetur. Benedict. XIV n. 80 et not. 1.

Usura illicita est. Vienn. B, Bened. XIV l. c.

Nonnunquam adsunt rationes, quae licitum reddant, aliquid supra sortem exigere, non tamen dicere licet eas semper adesse. Bened. XIV l. c.

Casus quidam contractus usurarii. Alex. VII B 42, Innoc. XI A 40—42. Quid modo observandum p. 299.

Non est permissum furari propter necessitatem gravem tantum. Inn. XI A 36.

Rejicitur: famulis licere occulte surripere ad compensandam operam quam majorem judicant salario. Inn. XI A 37.

Qui per furta minuta summam gravem furatus est sub gravi tenetur ad restitutionem. Inn. XI A 38.

Qui alium movet ad inferendum damnum tenetur ad restitutionem. Inn. XI A 39.

Restitutio fructuum ob omissionem horarum non potest suppleri per quaslibet eleemosynas, quas beneficiarius antea de fructibus sui beneficii fecit. Alex. VII B 33.

Non licet ad tuendum proprium honorem falsum crimen alteri imponere et est grave peccatum. Inn. XI A 43, 44.

Officia quoad Sacramentorum administrationem vel susceptionem.

Est illicitum in sacramentis conferendis sequi probabilem de valore sacramenti relicta tutiore. Inn. XI A 1.

Sacramenta simulare, non licet neque ob mortis periculum. Inn. XI A 29, Bened. XIV n. 84, S. Inq. sub Urb. VIII n. 66.

Contemnere Sacramenta confirmationis, extremae unctionis et matrimonii est mortale. Martin. V C 19, Trid. Sess. 14 de extr. unct. cap. 3, can. 3.

Baptizare non licet filios infidelium absque voluntate alterius parentum etc. extra casum extremae necessitatis. Bened. XIV n. 84.

Qui peccati mortalis sibi conscius est, quantumvis contritus, ante communionem tenetur confiteri. Trid. Sess. 13 cap. 7, can. 11.

Sacerdos, qui ex urgente necessitate post peccatum mortale contritus sed non confessus celebravit, quamprimum confiteatur. Trid Sess. 13 cap. 7.

Istud „quamprimum" est praeceptum, non consilium, Alex. VII B 38, neque intelligendum est, quando suo tempore sacerdos confitebitur, ibid. 39.

Jejunium ante communionem. Mart. V D.

Rejicitur propositio: frequentem confessionem et communionem in iis etiam, qui gentiliter vivunt, esse notam praedestinationis. Inn. XI A 56.

Quoad frequentem vel quotidianam communionem nil pro omnibus indiscriminatim statuendum. Quotidiana communio non est jure divino praecepta. Decr. S. Congr. Concil. sub Inn. XI n. 72.

Rejicitur rigor Jansenistarum in differenda peccatoris reconciliatione et ad communionem admissione. Quesn. 87, 88, 89, Pistor. 38.

Non licet in confessione exquirere nomen complicis. Bened. XIV n. 81.

Sacerdotes peccant, si non imponant poenitentiam vel nimis levem. Trid. Sess. 14 de poen. cap. 8.

Non licet uti scientia ex confessione acquisita cum revelatione et gravamine poenitentis, etiamsi multo majus malum ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius contemneretur. Decr. S. Inq. n. 73.

De sollicitatione. Alex. VII A 6, 7.

Sacerdos proprius est quivis sacerdos, qui jurisdictionem ad hunc effectum a legitimo superiore accepit. Joh. de Poll. 2, 3.

Non licet absolvere dimidiate confessos ob concursum, Innoc. XI A 59.

consuetudinarios, qui dicunt se habere propositum, licet nulla spes emendationis appareat, Inn. XI A 60.

qui in occasione proxima versatur, quam non vult dimittere, imo directe quaerit. Inn. XI A 61.

Rejicitur, non esse obligandum concubinarium ad dimittendam concubinam, si necessaria sit ad oblectamentum, epulas. Alex. VII B 41.

Rejicitur, absolvi posse hominem, quantumvis ignorantia mysteriorum fidei laboret et etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, ignoret mysteria SS. Trinitatis et Incarnationis. Innoc. XI A 64.

Bulla Coenae reservat absolutionem etiam haeresis occultae. Alex. VII A 3.

Non sufficit, si sodomia, bestialitas, commissa fuerit, dicere in confessione, se procurasse pollutionem. Alex. VII A 24.

Qui habuit copulam cum soluta non satisfacit dicendo, se cum soluta grave peccatum contra castitatem commisisse. Alex. VII A 25.

Ordinationes per saltum illicitae. Pistor. 51.

Non est ad sacerdotium ille tantum admittendus, qui conservaverit innocentiam baptismalem. Pistor. 53.

Sponsalia non sunt actus mere civilis, et ut actus disponens ad matrimonium subjacent legi ecclesiasticae. Pistor. 58.

Nuptiae sunt licitae. Leo M A 7, Tolet. I 17, Lat. IV A, Flor B.

Plures nuptiae successivae licitae sunt. Symb. Palaeolog. Flor. C, Nic. can. 8.

Matrimonia mixta non parum deformitatis et spiritualis periculi praeseferunt et sunt a canonibus ecclesiasticis prohibita. Vide omnia decreta de matr. mixtis.

et a lege divina ubi est periculum perversionis. Greg. XVI n. 94.

Permittuntur ex causis publicae utilitatis, dummodo cautiones opportunae de non impediendo exercitio religionis partis catholicae et de liberis catholice educandis non negligantur. Pius VII 89, Greg. XVI 94, 95, Pius VIII 91.

Peccant contra legem divinam parentes, qui in falsa religione filios educari permittunt. Pius VIII n. 91, Greg. XVI 94.

In casu matrimonii mixti contra fas contrahendi, parochus ex causis publicae necessitatis Ecclesiae potest praestare assistentiam passivam, Pius VI n. 86, 87, Pius VIII n. 91, Greg. XVI n. 94.

omissa benedictione vel quocunque actu, quo matrimonium approbare videretur, ibid., omissis proclamationibus, Pius VI 86, Greg. XVI 94, neque dentur dimissoriales, Pius VII 90, Greg. XVI 94. Vel si ex necessitate publica Ecclesiae id fieri oporteat, dentur dimissoriales omissis verbis „mea pace“, Pius VI 87, et addatur, nil obstare praeter Ecclesiae vetitum ab impedimentum mixtae religionis; Greg. XVI, 95.

proclamationes fiant ita, ut mentio non fiat religionis disparis. Pius VI 87, Greg. XVI 95.

Matrimonia mixta contracta cum protestantibus illicito divortio separatis nulla et illicita sunt. Greg. XVI 94.

De Ecclesiae mandatis.

Praeceptum observandi festa obligat sub mortali, etiam secluso scandalo et contemptu. Inn. XI A 52.

Non satisfacit praecepto, qui duas vel quatuor partes missae simul a diversis audit. Inn. XI A 53.

Omnes fideles tenentur semel in anno confiteri et Eucharistia in Paschate refici. Lat. IV D, Trid. Sess. 13 cap. 9, Sess. 14 de poen. cap. 5, can. 8.

Qui facit confessionem voluntarie nullam non satisfacit praecepto. Alex. VII A 14.

Idem valet de communione sacrilega. Inn. XI A 55.

Peccant mortaliter, qui frangunt notabiliter jejunium, etiam si sine contemptu vel non ex inobedientia fiat. Alex. VII A 23.

Consuetudo non edendi ova et lacticinia in Quadragesima vere obligat. Alex. VII B 32.

Qui saepius in die modicum comedit frangit jejunium. Alex. VII B 29.

Non omnes officiales, qui corporaliter laborant in republica, neque omnes equitantes sunt liberi a jejunio. Alex. VII B 30, 31.

Jejunium Priscillianistarum in die Nativititatis Christi, Leo M A.

eorumque delectus ciborum. Tolet. I, 18 cf. Flor. C.

Censurae non cessant in foro conscientiae reo correcto. Alex. VII B 44.

Excommunicatio „ipso facto „et suspensio „ex informata conscientia“ sunt justae et validae. Pist. 47, 49, 50.

De libris prohibitis. Alex. VII B 45, Pistor. 68.

Officia particularia.

Clericorum.

De obligatione ad officium divinum. Alex. VII B 34, 35, Innoc. XI A 54, Alex. VII A 21.

De restitutione fructuum ob neglectum officium. Alex. VII A 20, B 33.

Ex justis causis potest dispensari, ut quis plus quam unum beneficium etiam residentiale habeat. Pistor. 57.

Est etiam contra justitiam beneficium non conferre gratis. Alex. VII A 22.

Digniores, quibus conferenda sunt beneficia, sunt intelligendi comparative ad dignos non ad indignos. Alex. VII A 47.

Jura stolae et stipendia missarum sunt licita. Pist. 54.

Rejicitur: legatum annuum pro anima non durare plus quam decem annos. Alex. VII B 43.

Sacerdos non potest duplex stipendium accipere pro fructu specialissimo applicando, Alex. VII A 8, nec satisfacere per alium, collato minori stipendio. Alex. VII A 9.

Est contra justitiam una missa satisfacere pro pluribus stipendiis et si promissio intervenit, contra fidelitatem. Alex. VII A 10.

De statu regularium.

Damnantur, qui ordines religiosos reprobant, Wicl. 20—23, 31, 35, 44, 45, Huss 25, Martin. V C 30.

reprobantes ordines mendicantium, Guil. de S. Am. 1, Wicl. 20, 24, 34, Luth. 41, Alex. VIII B 21. Pist. 81.

ordines non laborantes manibus, Pist. 84 § II, IV.

ordines vitam regularem cum cura animarum et pastorali officio componentes, Pistor. 80, 84 § II.

multiplicitatem ordinum et monasteriorum, Pistor. 82, 84 § I, II.

distinctionem choralium et fratrum, Pist. 84 § V.
vota perpetua, Pistor. 84, § II, VI.
monasteria exempta, Pistor. § 83, 84 § VII.

Rejicitur ad perfectionem necessarium esse, se abdicare omni dominio et potestate auctoritatis; Christum et Apostolos non habuisse aliqua neque in communi, neque in speciali. Joh. XXII n. 44 et propp. Dionysii Soulechat.

De jure regularium audiendi confessiones aliisque privilegiis eorum vide propp. Joannis de Polliaco, Guil. de S. Amore, Alex. VII A 4, 12, 13, B 36, 37, Alex. VIII B 20, Pistor. 37.

De potestatibus saecularibus eorumque subditis.

Rejicitur, nullum esse dominum civilem, qui in peccato est. Wicl. 15, Huss 30.

Judex non potest accipere pecuniam pro ferenda sententia pro altera parte, quando litigantes aeque probabiles rationes pro se habent. Alex. VII A 26.

Populus peccat non recipiendo absque causa legem a principe promulgatam. Alex. VII A 28.

Populares non licet ad arbitrium dominos delinquentes corrigere. Wicl. 17.

WIRCEBURGI, TYPIS F. E. THEIN.

ERRATA.

Pag.	13	lin.	15	clavem lege: claves.
„	15	„	18	ratione l.: ratio.
„	29	„	2	ab infra, post qui genuit adde: alius qui genitus est.
„	34	„	9	ab infra, fidem l.: Sedem.
„	35	„	10	ante naturae l.: natura inviolabilis.
„	36	„	12	post ἄνθρωπον adde: ἀληθᾶς.
„	46	„	18	post luminum adde: Et illud: Nemo habet quidquam boni nisi illi datum fuerit desuper.
„	55	,	11	post ἐξ οὗ adde: δύο.
„	61	„	15	post sed adde: et.
„	64	„	1	postponenda est lineae 2.
„	68	„	15	post σχήματι adde καὶ.
„	71	„	3	ab infra post Deitate adde: circumscriptum corpore, incircumscriptum Deitate.
„	79	„	8	ab infra Sancta Trinitate lege: Sanctae Trinitati.
„	80	„	5	naturae unius l.: natura unus.
„	86	„	21	post eundem adde: propter nos et.
„	88	„	5	ab infra post Deo: adde nostro.
„	89	„	7	ab infra κατακάγωμεν lege κατάγωμεν.
„	90	„	21	capere lege: sapere.
„	110	„	8	consensit lege: consentiat.
„	116	„	6	propriis lege: pro.
„	121	„	5	venerabilis lege: venerabiles.
„	124	„	7	ab infra sanitatem lege: sanctitatem.
„	129	„	5	post nos adde: autem.
„	138	„	5	fere lege: vere.
„	142	„	14	confessione lege: concessione.
„	146	„	10	rationaliter lege: rationabiliter.
„	150	„	18	Domino lege: Domini.
„	150	„	ult.	omnibus lege: omnis.
„	155	„	10	post divinitatem adde: minor Patre secundum humanitatem.
„	179	„	22	Apostolis restetur lege: Apostolus testetur.
„	185	„	2	ab infra post spirituale adde: et.
„	189	„	7	ad lege: ac.
„	196	„	4	ab infra post discipulos adde: suos.

Pag. 199 lin. 1 post necessarius adde: et.
„ 202 „ 8 post sanctissimis adde: et.
„ 205 „ 16 ulia lege: ulla.
„ 219 „ 5 post per adde: haec.
„ 234 „ 9 rationaliter lege: rationabiliter.
„ 236 „ 13 ante consubstantialem adde: consubstantialem Patri secundum Deitatem, eundem.
„ 283 „ 8 ab infra post nullum adde: ei.
„ 288 „ 13 omnipotens lege: omnipotentis.
„ 307 „ 10 post obliget adde: se.
„ 328 „ 4 ordinati lege: ordinatio.

Haec et alia minoris momenti ignoscat benignus lector atque gravissimis impressionis difficultatibus imputet, quos neque improbus labor potuit superare.

EMENDATIONES QUAEDAM LECTIONUM.

Pag. 32 lin. 6 ab infra invisibilem, melius leges: indivisibilem.
„ 44 „ 13 verba: nullis meritis gratiam praevenientibus, melius omittuntur.
„ 45 „ 13 quis . . . . veritatem et justitiam, melius leges: quid . . . veritatis et justitiae.
„ 69 „ 7 ab infra: Mansi hic legit ἐντυγχάνων, legendum est sine dubio ἐτύγχανον.
„ 70 „ 10 post μόνοι in ipsis originalibus deest substantivum; est igitur addendum vel pro μόνοι legendum: νοῖ, forma sane minus consueta.
„ 72 „ 5 deest in ipsis originalibus graecis et latinis vocabulum quoddam, forsan *operator*, ut can. 11 habetur.
„ 19 „ 19 et 26 Versio antiqua vocem ὑπόστασιν per *substantiam* reddidit; idem habetur Syn. V can. 13. Retinuimus, quod et Petavius l. 6 de Incarn. c. 17 ad anath. 2 Cyrilli tueatur. Unio hypostatica substantialis vel essentialis dicitur in quantum istae voces Nestorianorum accidentali unioni opponuntur. Est sane unio ista substantiarum, sed per subsistentiam.